3.- *Samnites defecerunt. Adversus eos et Lucanos et Brittios et Etruscos aliquot proeliis a compluribus ducibus bene pugnatum est.*

3.- Los samnitas se rebelan. En varias batallas, muchos jefes lucharon victoriosamente contra ellos y contra los lucanianos, brutios y etruscos.

4.- *Pyrrhus, Epirotarum rex, ut auxilium Tarentinis ferret, in Italiam venit.*

4.- [280 adC] El rey Pirro de los epirotas llegó a Italia para ayudar a los Tarentinos.

5.- *Cum in praesidium Reginorum legio Campana cum praefecto Decio Vibullio missa esset, occisis Reginis Regium occupavit.*

5.- Cuando una legión de Campania, mandada por el prefecto Decio Vibulio, se envió a Regio, mató a sus habitantes y ocupó la ciudad.

Índice

Ex libro XIII Del Libro 13

1.- *Valerius Laevinus cos. parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit, elephantorum maxime inusitata facie territis militibus. Post id proelium cum corpora Romanorum qui in acie ceciderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem invenit populabundusque ad urbem Romanam processit. C. Fabricius missus ad eum a senatu, ut de redimendis captivis ageret, frustra ut patriam desereret a rege temptatus est. Captivi sine pretio remissi sunt. Cineas legatus a Pyrrho ad senatum missus petiit ut componendae pacis causa rex in urbem reciperetur. De qua re cum ad frequentiore senatum referri placuisset, Appius Claudius (qui propter valetudinem oculorum iam diu consiliis publicis se abstinuerat) venit in curiam et sententia sua tenuit ut id Pyrrho negaretur.*

1.- El cónsul Publio Valerio Lavinio luchó sin éxito contra Pirro, sobre todo porque sus soldados no estaban acostumbrados a los elefantes y se atemorizaron. Tras la batalla, Pirro inspeccionó los cuerpos de los romanos caídos en la lucha y advirtió que todos habían caído de cara al enemigo. Saqueando el país, se dirigió a la ciudad de Roma. El Senado envió a Gayo Fabricio para negociar la devolución de los cautivos. En vano, el rey trató de persuadirle para que desertase. Los prisioneros fueron liberados sin rescate. El enviado de Pirro, Cineas, fue al Senado para organizar la entrada del rey en la ciudad para negociar un tratado de paz. Se decidió hablar este asunto con todos los senadores, pero Apio Claudio (que no había asistido a las deliberaciones por una enfermedad de la vista) fue al Senado y convenció a los senadores, con un discurso, para no firmar el tratado.

2.- *Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit. Censa sunt civium capita CCLXXXVII milia CCXXII.*

2.- Gneo Domicio, el primer censor plebeyo, celebró la ceremonia lústrica del censo. Son censados 287 222 ciudadanos.

3.- *Iterum adversus Pyrrhum dubio eventu pugnatum est.*

3.- [279 adC] Por segunda vez, los romanos lucharon sin éxito contra Pirro.

4.- *Cum Carthaginiensibus quarto foedus renovatum est.*

4.- [278 adC] Es renovado el tratado con Cartago por cuarta vez.

5.- *Cum C. Fabricio consuli is qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur venenum se regi daturum, cum indicio ad regem remissus est.*

5.- Cuando el cónsul Gayo Fabricio escuchó decir a alguien, que había huido de Pirro, que podía envenenar al rey, le envió de vuelta al rey con un informe de lo que había hecho.

6.- *Res praeterea contra Lucanos et Bruttios, Samnites et Etruscos prospere gestas continet.*

6.- Contiene también el relato de las guerras victoriosas contra los lucanianos, brutios, samnitas y etruscos.

[Índice](#)

Ex libro XIV Del Libro 14

1.- *Pyrrhus in Siciliam traiecit.*

1.- [278 adC] Pirro va a Sicilia

2.- *Cum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolio Iovis signum, caput eius per haruspices inventum est.*

2.- Hubo muchos prodigios, y la estatua de Júpiter Capitolino fue derribada por un rayo. Su cabeza fue encontrada por los arúspices.

3.- *Curius Dentatus cos. cum dilectum haberet, eius, qui citatus non responderat, bona primus vendidit. Iterum Pyrrhum ex Sicilia in Italiam reversum vicit et Italia expulit.*

3.- [275 adC] Cuando el cónsul Curio Dentato estaba reclutando un ejército, vendió las propiedades de un ciudadano que no se había presentado. Derrotó a Pirro, que había vuelto, y le expulsó de Italia.

4.- *Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is X pondo argenti facti haberet. Lustrum a censoribus condito censa sunt civium capita CCLXXI milia CCXXVIII.*

4.- El censor Fabricio expulsó al consular Publio Cornelio Rufino del Senado porque poseía más de diez libras de plata labrada. Los censores celebraron las ceremonias lustrales del censo; son censados 271,224 ciudadanos.

5.- *Cum Ptolemaeo, Aegypti rege, societas iuncta est.*

5.- [273 adC] Se firma un tratado de amistad con el rey Ptolomeo [II Filadelfo] de Egipto.

6.- *Sextilia, virgo Vestalis, damnata incesti viva defossa est.*

6.- La virgen Vestal Sextilia fue condenada por adulterio y enterrada viva.

7.- *Coloniae deductae sunt Posidonia et Cosa.*

7.- Son fundadas colonias en Posidonia y Cosa.

8.- *Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit, quo facto ab his foedus violatum est.*

8.- [272 adC] Una flota cartaginesa acudió en ayuda de los tarentinos, y rompió el tratado.

9.- *Res praeterea contra Lucanos et Bruttios et Samnites feliciter gestas et Pyrrhi regis mortem continet.*

9.- Contiene también el relato de las guerras victoriosas contra los lucanianos, brutios y samnitas, y la muerte del rey Pirro.

[Índice](#)

Ex libro XV

Del Libro 15

1.- *Victis Tarentinis pax et libertas data est.*

1.- Cuando los tarentinos hubieron sido sojuzgados, se les concedió la paz y la libertad.

2.- *Legio Campana, quae Regium occupaverat, obsessa deditione facta securi percussa est.*

2.- [270 adC] La legión campana que había ocupado Regio, fue asediada. Tras su capitulación, sus soldados fueron decapitados.

3.- *Cum legatos Apolloniatis ad senatum missos quidam iuvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatis.*

3.- Por haber asaltado varios jóvenes a los legados de los apolinatios, que habían sido enviados al Senado, se extradió a dichos jóvenes.

4.- *Picentibus victis pax data est. Coloniae deductae Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio.*

4.- [268 adC] Cuando los picentinos hubieron sido sometidos, les les dió la paz. Se fundan colonias en Rímuni, en el Piceno, y en Benevento, en el Samnio.

5.- *Tunc primum populus R. argento uti coepit.*

5.- [269 adC] Por vez primera, el pueblo romano empieza a usar monedas de plata.

6.- *Umbri et Sallentini victi in deditionem accepti sunt.*

7.- [267 adC] Tras haber derrotado a los umbros y salentinos, se acepta su rendición.

8.- *Quaestorum numerus ampliatus est, ut essent octo.*

8.- El número de cuestores se dobla, siendo en adelante ocho.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 16-20

[Índice](#)

Ex libro XVI

Del Libro 16

1.- *Origo Carthaginensium et primordia urbis eorum referuntur.*

1.- Se describe la ciudad de Cartago y sus orígenes.

2.- *Contra quos et Hieronem, regem Syracusanorum, auxilium Mamertinis ferendum senatus censuit, cum de ea re inter suadentes ut id fieret, dissuadentesque contentio fuisset; transgressisque tunc primum mare exercitibus Romanis adversus Hieronem saepius bene pugnatum. Petenti pax data est.*

2.- [264 adC] Contra ellos y contra el rey Hierón, el Senado decidió ofrecer ayuda a los mamertinos. Hubo mucha discusión entre aquellos que estaban a favor y los que estaban en contra. Por primera vez, los romanos cruzaron el mar con un ejército y combatieron con éxito contra Hierón. [263 adC] Cuando pidió la paz, se le concedió.

3.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCCLXXXII milia CCXXXIII.*

3.- La ceremonia lústrica del censo fue realizada por los censores. Se censaron 382 234 ciudadanos.

4.- *Decimus Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris primus edidit.*

4.- Décimo Junio Bruto fue el primero en organizar juegos gladiatorios en honor de su difunto padre.

5.- *Colonia Aesernia deducta est.*

5.- Es fundada una colonia en Aesernia.

6.- *Res praeterea contra Poenos et Vulsinios prospere gestas continet.*

6.- También contiene relatos de las guerras victoriosas contra los cartagineses y los Volsinios.

[Índice](#)

Ex libro XVII

Del Libro 17

1.- *Cn. Cornelius consul a classe Punica circumventus et per fraudem, veluti in conloquium evocatus, captus est.*

1.- El cónsul Gneo Cornelio fue acorralado por una flota cartaginesa y le capturaron, engañándole al convocarle a negociar.

2.- *C. Duillius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit triumphum. Ob quam causam ei perpetuus quoque honos habitus est, ut*

revertenti a cena tibicine canente funale praeferretur.

2.- [260 adC] El cónsul Gayo Duilio luchó con éxito contra la flota cartaginesa, y fue el primer jefe romano en celebrar un triunfo naval. Así pues, se le concedió el derecho vitalicio de llevar un porta-torque y un flautista cuando volvía a su casa tras cenar.

3.- *L. Cornelius consul in Sardinia et Corsica contra Sardos et Corsos et Hannonem, Poenorum ducem, feliciter pugnavit.*

3.- [259 adC] El cónsul Lucio Cornelio [Escipión] luchó victoriosamente en Cerdeña y Córcega contra los sardos, los corsos y los cartagineses mandados por Hanón.

4.- *Atilius Calatinus cos. cum in locum a Poenis circumsessum temere exercitum duxisset, M. Calpurni, tribuni militum, virtute et opera evasit, qui cum CCC militibus eruptione facta hostes in se converterat.*

4.- [258 adC] El cónsul Atilio Calatino, condujo imprudentemente sus fuerzas a un lugar donde fueron vencidos por los cartagineses, pero escapó por el valor y la energía del tribuno militar Marco Calpurnio, quien condujo una salida con 300 soldados y desvió la atención del enemigo.

5.- *Hannibal, dux Poenorum, victa classe cui praefuerat, a militibus suis in crucem sublatus est.*

6.- [257 adC] El general cartaginés Aníbal fue crucificado por sus propios hombres después que la armada que mandaba hubiera sido derrotada.

7.- *Atilius Regulus cos. victis navali proelio Poenis in Africam traiecit.*

7.- [256 adC] El cónsul [Marco] Atilio Régulo cruzó a África tras haber derrotado a los cartagineses en una batalla naval [en el Cabo Ecnomus].

Índice

Ex libro XVIII

Del Libro 18

1.- *Atilius Regulus in Africa serpentem portentosae magnitudinis cum magna clade militum occidit. Et cum aliquot proeliis bene adversus Carthaginenses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per litteras ad senatum scriptas questus est, in quibus inter causas petendi successoris erat quod agellus eius a mercennariis desertus esset. Quaerente deinde Fortuna ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, accessit a Carthaginensibus Xanthippo, Lacedaemoniorum duce, victus proelio et captus est. Res deinde a ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas deformaverunt naufragia classium.*

1.- [255 adC] En África, [Marco] Atilio Régulo mató a una serpiente de portentosas dimensiones, y sufrió grandes pérdidas entre sus soldados. Pero aunque él combatió con éxito contra los cartagineses en varias batallas, el Senado no le envió un sucesor. Se quejó en una carta al Senado, en la que comparaba su petición con un pedazo de tierra que hubiera sido abandonado por sus trabajadores. En la persona de Régulo, la Fortuna quiso dar un ejemplo de cada cara del destino: Fue derrotado y capturado por Xantipo, un jefe espartano que había invitado por los cartagineses para ayudarles. Tras esto, los jefes romanos siguieron la guerra con éxito por tierra y mar, aunque los efectos se perdieron a causa del naufragio de la flota.

2.- *Tib. Coruncanus primus ex plebe pontifex maximus creatus est.*

2.- Tiberio Coruncanio fue el primer plebeyo en ser nombrado Pontífice Máximo.

3.- *M. Valerius Maximus P. Sempronius Sophus censores cum senatum legerent, XVI senatu moverunt. Lustrum condiderunt, quo censa sunt civium capita CCXCVII milia DCCXCVII.*

3.- Los censores Manio Valerio Máximo y Publio Sempronio Sofo publicaron la lista de senadores, y eliminaron dieciséis miembros del Senado. La ceremonia lustral del censo se efectuó y fueron censados 297,797 ciudadanos.

4.- *Regulus missus a Carthaginiensibus ad senatum ut de pace et (si eam non posset impetrare) de commutandis captivis ageret, et iureiurando adstrictus, rediturum se Carthaginem, si commutari captivos non placuisset, utrumque negandi auctor senatui fuit, et cum fide custodita reversus esset, supplicio a Carthaginiensibus de eo sumpto periit.*

4.- Los cartagineses enviaron a Régulo al Senado para mantener conversaciones de paz o (si no la podía obtener) sobre intercambio de prisioneros. Aunque él estaba atado por un juramento para regresar a Cartago si no obtenía el intercambio, aconsejó al Senado contra ambas proposiciones. Cuando volvió a prisión, murió a causa de la tortura.

Índice

Ex libro XIX

Del Libro 19

1.- *Caecilius Metellus rebus adversus Poenos prospere gestis speciosum egit triumphum, XIII ducibus hostium et CXX elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher cos. contra auspicia profectus (iussit mergi pullos, qui cibari nolebant) infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit, et revocatus a senatu iussusque dictatorem dicere Claudium Gliciam dixit, sortis ultimae hominem, qui coactus abdicare se magistratu postea ludos praetextatus spectavit.*

1.- [251 adC] Cecilio Metelo combatió victoriosamente contra los cartagineses [mandandos por Asdrúbal] y organizó un triunfo espectacular en el cual se pudo ver a trece jefes enemigos y ciento veinte elefantes. [249] El cónsul Claudio Pulcro luchó sin éxito contra la armada cartaginesa tras augurios infaustos (había ordenado que tirasen a los pollos sagrados si se negaban a comer). Fue reclamado por el Senado, se le ordenó señalar un dictador y eligió a Claudio Glicia, un hombre de la última clase. Aunque se le obligó a abdicar de su magistratura, después asistió a los juegos con una toga orlada de púrpura.

2.- *A. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Commutatio captivorum cum Poenis facta est.*

2.- Aulo Atilio Calatino fue el primer dictador que mandó un ejército fuera de Italia. Se intercambiaron prisioneros con los cartagineses.

3.- *Coloniae deductae sunt Fregenae, in agro Sallentino Brundisium.*

3.- [244 adC] Son fundadas colonias en Fregenae y Bridisi, en el país de los salentinos.

4.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCXLI milia CCXII.*

4.- Los censores celebran la ceremonia lústrica del censo. Son censados 241,212 ciudadanos.

5.- *Claudia (soror P. Claudii qui contemptis auspiciis male pugnaverat) a ludis revertens cum turba premeretur, dixit: "utinam frater meus viveret: iterum classem duceret." Ob eam causam multa ei dicta est.*

5.- Claudia (la hermana de Publio Claudio, quien había luchado tan mal tras su desprecio a los augurios) dijo, cuando volvió de los juegos y resultó estorbada por los cuervos: "¡Oh!, ¡así mi hermano estuviese aún vivo y mandara una armada!" Por este motivo, se le multó.

6.- *Duo praetores tunc primum creati sunt.*

6.- [242 adC] Por vez primera, son elegidos dos pretores.

7.- *Caecilius Metellus, pontifex maximus, A. Postumium consulem, quoniam idem et flamen Martialis erat, cum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in urbe tenuit nec passus est a sacris recedere.*

7.- El Pontífice Máximo Cecilio Metelo mantuvo al cónsul Aulo Postumio, quien era también sacerdote de Marte, en la ciudad cuando quiso ser enviado fuera para conducir la guerra. No se le permitió olvidar sus deberes religiosos.

8.- *Rebus adversus Poenos a pluribus ducibus prospere gestis, summam victoriae C. Lutatius cos. victa ad Aegates insulas classe Poenorum imposuit. Petentibus Carthaginiensibus pax data est.*

8.- [241 adC] La guerra contra los cartagineses fue llevada victoriosamente por varios jefes. La victoria final fue ganada por el cónsul Gayo Lutacio cerca de las Islas Egadas, donde derrotó a la armada cartaginesa. Cuando los cartagineses pidieron la paz, se les concedió.

9.- *Cum templum Vestae arderet, Caecilius Metellus, pontifex maximus, ex incendio sacra rapuit.*

9.- Cuando el templo de Vesta estaba ardiendo, Cecilio Metelo, el Pontífice Máximo, salvó los objetos sacrosantos del fuego.

10.- *Duae tribus adiectae sunt, Velina et Quirina.*

10.- Son añadidas dos tribus, Velina y Quirina.

Índice

Ex libro XX

Del Libro 20

1.- *Falisci cum rebellassent, sexto die perdomiti in deditionem venerunt.*

1.- Cuando los faliscos se rebelaron, fueron sometidos al sexto día y se aceptó su rendición.

2.- *Spoletium colonia deducta est.*

2.- Se funda una colonia en Espoleto.

3.- *Adversus Liguras tunc primum exercitus promotus est. Sardi et Corsi cum rebellassent, subacti sunt.*

3.- Por vez primera, se envía un ejército contra los ligures. [237 adC] Cuando los sardos y corsos se rebelaron fueron sometidos.

4.- *Tuccia, virgo Vestalis, incesti damnata est.*

4.- La virgen Vestal Tuccia fue condenada por falta de castidad.

5.- *Bellum Illyriis propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum indictum est, subactique in deditionem venerunt.*

5.- [229 adC] Se declaró la guerra a los Ilirios después de que mataran a uno de los legados que se les envió. Siendo conquistados, se rindieron.

6.- *Praetorum numerus ampliatus est ut essent IIII.*

6.- [227 adC] Se duplicó el número de pretores. Ahora serían cuatro.

7.- *Galli transalpini, qui in Italiam inruperant, caesi sunt. Eo bello populum R. sui Latinique nominis DCCC milia armatorum habuisse dicit. Exercitibus Romanis tunc primum trans Padum ductis Galli Insubres aliquot proeliis fusi in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus cos. occiso Gallorum Insubrium duce, Vertomaro, opima spolia rettulit.*

7.- [225 adC] Los galos transalpinos invadieron Italia y fueron derrotados. Se dice que durante esta guerra, el pueblo romano y sus aliados italianos emplearon 800 000 soldados. [223 adC] Por primera vez, los ejércitos romanos cruzaron el Po y los galos insubros fueron derrotados en varias batallas y se rindieron. [222 adC] El cónsul Marco Claudio Marcelo mató al jefe de los galos insubros, Vertomaro, y volvió con un gran botín.

8.- *Histri subacti sunt. Iterum Illyrii cum rebellassent, domiti in deditionem venerunt.*

8.- [221 adC] Los istrios fueron sometidos. [219 adC] Los ilirios se rebelaron otra vez, pero fueron sometidos. Su rendición fue aceptada.

9.- *Lustrum a censoribus ter conditum est. Primo lustro censa sunt civium capita CCLXX milia CCXII. Libertini in quattuor tribus redacti sunt, cum antea dispersi per omnes fuissent, Esquilinam, Palatinam, Suburanam, Collinam. C. Flaminius censor viam Flaminiam muniit et circum Flaminium extruxit.*

9.- Tres veces, los censores celebraron la ceremonia lústrica del censo. En la primera ocasión, se censaron 270,212 ciudadanos. Los libertos fueron censados en cuatro tribus: Esquilina, Palatina, Subura y Collina (hasta entonces, habían sido repartidos más equitativamente). [220 adC] El censor Gayo Flaminio construyó la Via Flaminia y el Circo Flaminio.

10.- *Coloniae deductae sunt in agro de Gallis capto Placentia et Cremona.*

10.- Son fundadas colonias en los territorios galos conquistados en Plasencia y Cremona.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 21-22

[Índice](#)

Ex libro XXI

Del Libro 21

1.- Belli Punici secundi ortum narrat et Hannibalis, ducis Poenorum, contra foedus per Hiberum flumen transitum. A quo Saguntum, sociorum populi R. civitas, obsessa octavo mense capta est. De quibus iniuriis missi legati ad Carthaginenses, qui quererentur. Cum satis facere nollent, bellum his indictum est.

1.- Habla del comienzo de la Segunda Guerra Púnica, y cómo Aníbal, el jefe cartaginés, cruzó el río Ebro y violó el tratado. [218 adC] Asedió Sagunto, una aliada romana, y la tomó al octavo mes. Por tales violaciones, se enviaron legados a los cartagineses para pedir explicaciones. Cuando rechazaron dar una satisfacción, se les declaró la guerra.

2.- Hannibal superato Pyrenaeo saltu per Gallias, fuis Volcis (qui obsistere conati erant ei) ad Alpes venit et laborioso per eas transitu, cum montanos quoque Gallos obvios aliquot proeliis reppulisset, descendit in Italiam et ad Ticinum flumen Romanos equestri proelio fudit. In quo vulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africani postea nomen accepit.

2.- Aníbal cruzó los Pirineos, atravesó la Galia, derrotó a los volcios (que trataron de detenerle), llegó a los Alpes y los atravesó laboriosamente, derrotando a tribus montañosas galas, descendió a Italia y derrotó a los romanos en una batalla de caballería cerca del río Ticino. En esta batalla, Publio Cornelio Escipión fue herido, pero le salvó su hijo que más tarde aceptaría el sobrenombre de *Africano*.

3.- Iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuso Hannibal Apenninum quoque permagna vexatione militum propter vim tempestatium transiit.

3.- Aníbal derrotó un segundo ejército romano cerca del río Trebia y cruzó los Apeninos. Las tempestades provocaron grandes problemas en el cruce.

4.- Cn. Cornelius Scipio in Hispania contra Poenos prospere pugnavit duce hostium Magone capto.

4.- En Hispania, Gneo Cornelio Escipión, luchó con éxito contra los cartagineses y capturó al jefe de los enemigos, Magón.

[Índice](#)

Ex libro XXII

Del Libro 22

1.- Hannibal per continuas vigilias in paludibus oculo amisso in Etruriam venit, per quas paludes quadriduo et tribus noctibus sine ulla requie iter fecit.

1.- [217 adC] Por culpa de las continuas vigilias en los pantanos, Aníbal perdió un ojo al ir a Etruria, habiendo marchado sin interrupción a través de aquellos almarjales durante cuatro días y tres noches.

2.- C. Flaminius cos., homo temerarius, contra auspicia profectus signis militaribus effossis, quae tolli non poterant, et ab equo, quem conscenderat, per caput devolutus, insidiis ab Hannibale circumventus ad

Thrasymennum lacum cum exercitu caesus est. Sex milia, quae eruperant, fide ab Atherbale data, perfidia Hannibalis vincta sunt. Cum ad nuntium cladis Romae luctus esset, duae matres ex insperato receptis filiis gaudio mortuae sunt. Ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver sacrum votum.

2.- El cónsul Gayo Flaminio, un hombre temerario, actuó contra el enemigo a pesar de los malos augurios y aunque había tenido que ordenar a los estandartes militares, que no se podían mover, que se desenclavaran y a pesar de que su caballo le tiró de cabeza. Fue emboscado por Aníbal cerca del lago Trasimeno y muerto con su ejército. Seis mil hombres, que habían salido confiados en la palabra de Atherbal [Maharbal], fueron encadenados. Hubo un luto general por este desastre, pero dos madres murieron de alegría al saber que sus hijos, a quienes creían muertos, estaban aún vivos. A causa de este desastre, con la autoridad de los libros sibilinos, se decretó una Primavera Sagrada.

3.- Cum deinde Q. Fabius Maximus dictator adversus Hannibalem missus nollet acie cum eo conflare, ne contra ferocem tot victoriis hostem adversis proeliis milites pugnare committeret, et opponendo se tantum conatus Hannibalis impediret, M. Minucius, magister equitum, ferox et temerarius, criminando dictatorem tamquam segnem et timidum effecit, ut populi iussu aequaretur ei cum dictatore imperium; divisoque exercitu cum iniquo loco conflisset et in magno discrimine legiones eius essent, superveniente cum exercitu Fabio Maximo discrimine liberatus est. Quo beneficio victus castra cum eo iunxit et patrem eum salutavit, idemque facere milites iussit.

3.- El dictador Quinto Fabio Máximo fue enviado contra Aníbal, pero rechazó el presentar batalla porque no quería obligar a sus ya derrotados soldados a luchar contra las victoriosas fuerzas enemigas, y se contentó con estorbar el avance de Aníbal y bloquear sus rutas; pero Marco Minucio, su feroz e imprudente jefe de caballería, persuadió al pueblo de que sus poderes debían ser iguales a los del dictador, a quien se acusó de lentitud y temerosidad; sobre un lugar desfavorable, presentó batalla con su parte del ejército dividido, y sus legiones estuvieron en gran peligro aunque fueron salvadas cuando Fabio Máximo llegó con su parte del ejército. Tras este resultado feliz, Minucio se juntó en el campo de batalla con el dictador y le saludó como su padre, ordenando a sus soldados que hiciesen lo mismo.

4.- Hannibal vastata Campania inter Casilinum oppidum et Calliculam montem a Fabio clusus sarmentis ad cornua boum alligatis et incensis praesidium Romanorum, quod Calliculam insidebat, fugavit et sic transgressus est saltum. Idemque Q. Fabi Maximi dictatoris, cum circumposita ureret, agro pepercit, ut illum tamquam proditorem suspectum faceret.

4.- Aníbal devastó Campania y fue bloqueado por Fabio entre la ciudad de Casilinum y el Monte Callicula, pero Aníbal atacó y puso sarmientos encendidos en los cuernos de toros, lo que atemorizó a la guarnición de Callicula. Huyeron y Aníbal atravesó el puerto [de montaña]. Evitó dañar las tierras del dictador Quinto Fabio Máximo aunque quemó todo el país, de manera que su oponente resultó sospechoso de traición.

5.- Aemilio deinde Paulo et Terentio Varrone coss. et ducibus cum magna clade adversus Hannibalem ad Cannas pugnatum est, caesaque eo proelio Romanorum XLV milia cum Paulo cos. et senatoribus XC et consularibus aut praetoriis aut aediliciis XXX.

5.- [216 adC] Tras esto, Emilio Paulo y Tercio Varrón fueron cónsules y bajo su mando se sufrió la gran derrota contra Aníbal, en Cannas, en la cual cuarenta y cinco mil romanos fueron muertos, incluyendo el cónsul Paulo, noventa senadores y treinta antiguos cónsules, pretores o ediles.

6.- Post quae cum a nobilibus adolescentibus propter desperationem consilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum (qui Africanus postea vocatus est) stricto supra capita deliberantium ferro iuravit pro hoste se habiturum eum, qui in verba sua non iurasset, effecitque ut

omnes non relictum iri a se Italiam iureiurando adstringerentur.

6.- Después de lo cual, algunos jóvenes nobles desesperados pensaron huir de Italia, pero el tribuno militar Publio Cornelio Escipión (que después sería llamado *el Africano*) blandió su espada sobre sus cabezas y proclamó que consideraría como enemigo a quien no jurase lo que dictaría, y les obligó a prometer que nunca abandonarían Italia.

7.- Propter paucitatem militum VIII milia servorum armata sunt. Captivi, cum potestas esset redimendi, redempti non sunt.

7.- A causa de la escasez de soldados, ochocientos esclavos fueron armados. Los prisioneros de guerra [en poder del enemigo] no fueron redimidos, aunque se pudo haber hecho.

8.- Praeterea trepidationem urbis et luctum et res in Hispania meliore eventu gestas continet.

8.- También cuenta cosas sobre el pánico y la pesadumbre en la ciudad, y los combates en Hispania con resultado victorioso.

9.- Opimia et Florentia, virgines Vestales, incesti damnatae sunt.

9.- Las vírgenes Vestales Opimia y Florencia fueron condenadas por un delito contra la castidad.

10.- Varroni obviam itum et gratiae actae, quod de re p. non desperasset.

10.- El pueblo salió a saludar y dar las gracias a Varrón, por no haberse desentendido del Estado.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 23-25

[Índice](#)

Ex libro XXIII

Del Libro 23

1.- *Campani ad Hannibalem defecerunt. Nuntius Cannensis victoriae, Mago, Carthaginem missus anulos aureos corporibus occisorum detractos in vestibulo curiae effudit, quos excessisse modii mensuram traditur. Post quem nuntium Hannon, vir ex Poenis nobilibus, suadebat senatui Carthaginensium ut pacem a populo Romano peterent, nec tenuit obstrepente Barcina factione.*

1.- [216 adC] Los campanos se pasan a Aníbal. Magón es enviado a Cartago para llevar las noticias de la victoria en Cannas. A la entrada del edificio del Senado, esparció los anillos de oro tomados de los cuerpos de quienes cayeron en combate; se dice que había gran cantidad de ellos. Tras estas noticias, un hombre cartaginés llamado Hanón, arguyó que el Senado cartaginés debería ofrecer un tratado de paz al pueblo romano, pero no tuvo éxito al protestar la facción de los Bárcidas.

2.- *Claudius Marcellus praetor ad Nolam, eruptione adversus Hannibalem ex oppido facta, prospere pugnavit.*

2.- En Nola, el pretor Marco Claudio Marcelo hizo una salida con éxito contra Aníbal.

3.- *Casilinum a Poenis obsessum ita fame vexatum est ut lora et pelles scutis detractas et mures inclusi essent. Nucibus per Vulturum amnem a Romanis missis vixerunt.*

3.- Casilinum fue asediada por los cartagineses y la guarnición sufrió tanto de hambre que comieron cuero, las tiras que quitaron a sus escudos e incluso ratones. Sobrevivieron con nueces que habían sido enviadas a los vulturinos por los romanos.

4.- *Senatus ex equestri ordine hominibus CXCVII suppletus est.*

4.- El Senado fue complementado con ciento noventa y siete hombres del orden ecuestre.

5.- *L. Postumius praetor a Gallis cum exercitu caesus est.*

5.- El pretor Lucio Postumio y su ejército son muertos por los galos.

6.- *Cn. et P. Scipiones in Hispania Asdrubalem vicerunt et Hispaniam suam fecerunt.*

6.- En Hispania, Gneo y Publio [Cornelio] Escipión derrotan a Asdrúbal y ganan Hispania.

7.- *Reliquiae Cannensis exercitus in Siciliam relegatae sunt, ne decederent inde nisi finito bello.*

7.- Los supervivientes del ejército de Cannas son enviados a Sicilia y no habrían de volver antes de que terminase la guerra.

8.- *Sempronius Gracchus cos. Campanos cecidit.*

8.- El cónsul Sempronio Graco derrotó a los campanos.

9.- *Claudius Marcellus praetor Hannibalis exercitum ad Nolam proelio fudit et vicit, primusque tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit.*

9.- El pretor Claudio Marcelo siguió y derrotó al ejército de Aníbal cerca de Nola y dió a los romanos, cansados de tantas derrotas, una esperanza de victoria en la guerra.

10.- *Inter Philippum, Macedoniae regem, et Hannibalem societas iuncta est.*

10.- [215 adC] Se firmó un tratado entre el rey Filipo [V] de Macedonia y Aníbal.

11.- *Praeterea in Hispania feliciter a Publio et [Cnaeo Scipionibus, in Sardinia a] Manlio praetore adversus Poenos res gestas continet, a quibus Hasdrubal dux et Mago et Hanno capti.*

11.- Cuenta también cosas de los combates victoriosos contra los cartagineses en Hispania, conducida por Publio [y Gneo Cornelio Escipión, y en Cerdeña por] el pretor Manlio. Capturaron al general Asdrúbal, y a Magón y Hanón.

12.- *Exercitus Hannibalis per hiberna ita luxuriatus est ut corporis animique viribus enervaretur.*

12.- En sus cuarteles de invierno, el ejército de Aníbal se dió tanto a la lujuria que se debilitó en cuerpo y espíritu.

Índice

Ex libro XXIV

Del Libro 24

1.- *Hieronymus, Syracusanorum rex, cuius pater Hiero amicus populi R. fuerat, ad Carthaginiensis defecit et propter crudelitatem superbiamque a suis interfectus est.*

1.- El rey Jerónimo de Siracusa, cuyo padre Herón había sido amigo del pueblo romano, se pasó a los cartagineses y fue asesinado por su crueldad y orgullo.

2.- *Tib. Sempronius Gracchus procos. prospere adversus Poenos et Hannonem ducem ad Beneventum pugnavit servorum maxime opera, quos liberos esse iussit. Claudius Marcellus cos. in Sicilia, quae prope tota ad Poenos defecerat, Syracusas obsedit.*

2.- [214 adC] El procónsul Tiberio Sempronio Graco luchó con éxito contra los cartagineses y su jefe Hanón cerca de Benevento, recibiendo mucha ayuda de esclavos, a los que ordenó liberar. En Sicilia, que había cambiado casi totalmente de bando hacia los cartagineses, el cónsul [Marco] Claudio Marcelo asedió Siracusa.

3.- *Philippo, Macedonum regi, bellum indictum est, qui ad Apolloniam nocturno bello obpressus fugatusque Macedoniam cum prope inermi exercitu profugit. Ad id bellum gerendum M. Valerius praetor missus.*

3.- Se declaró la guerra contra el rey Filipo de Macedonia, que fue sorprendido durante una batalla nocturna en Apolonia y fue forzado a huir a Macedonia con un ejército casi desarmado. El pretor Marco

Valerio fue enviado a proseguir esta guerra.

4.- *Res praeterea in Hispania a P. et Cn. Scipionibus adversus Carthaginenses gestas continet. A quibus Syphax, rex Numidiae, in amicitiam adscitus, qui a Masinissa, Massyliorum rege, pro Carthaginensibus pugnante, victus in Hispaniam ad Scipionem cum magna manu transiit contra Gades, ubi angusto freto Africa et Hispania dirimuntur.*

4.- [213 adC] También contiene cosas sobre la guerra luchada en Hispania contra los cartagineses por Publio y Gneo [Cornelio] Escipión. Recibieron como amigo al rey Sifax de Numidia. Éste había sido derrotado por Masinisa de los Masesilos, que luchaba con los cartagineses, y había cruzado con un gran ejército para unirse a Escipión en Hispania cerca de Cádiz, donde África e Hispania están separados por un angosto estrecho.

5.- *Celtiberi quoque in amicitiam recepti sunt. Quorum auxiliis adscitis tunc primum mercennarium militem Romana castra habuerunt.*

5.- Los celtíberos son recibidos también como amigos. Cuando se requirió su ayuda, por vez primera, un campamento romano incluyó mercenarios.

Índice

Ex libro XXV

Del Libro 25

1.- *P. Cornelius Scipio, postea Africanus, ante annos aedilis factus.*

1.- Publio Cornelio Escipión, después llamado *el Africano*, fue nombrado edil antes de tener la edad mínima.

2.- *Hannibal urbem Tarenton praeter arcem, in quam praesidium Romanorum fugerat, per Tarentinos iuvenes, qui se noctu venatum ire simulabant, cepit.*

2.- [212 adC] Ayudado por un grupo de jóvenes tarentinos que fingieron salir a cazar durante la noche, Aníbal capturó Tarento, excepto la ciudadela hacia la que escapó la guarnición romana.

3.- *Ludi Apollinares ex Marci carminibus, quibus Cannensis clades praedicta fuerat, instituti sunt.*

3.- Los juegos de Apolo se organizaron de acuerdo con el Oráculo de Marcio, que había predicho el desastre de Cannas.

4.- *A Q. Fulvio et Ap. Claudio coss. adversus Hannonem, Poenorum ducem, prospere pugnatum est.*

4.- Los cónsules Quinto Fulvio y Apio Claudio lucharon victoriosamente contra Hanón, el general cartaginés.

5.- *Tib. Sempronius Gracchus procos. ab hospite suo Lucano in insidias deductus a Magone interfectus est.*

5.- El procónsul Tiberio Sempronio Graco, llevado a una emboscada por su anfitrión en Lucania, es muerto por Magón.

6.- *Centenius Paenula, qui centurio militaverat, cum petisset a senatu ut sibi exercitus daretur pollicitusque esset, si hoc impetrasset, de Hannibale victoriam, VIII milibus acceptis militum dux factus confligit acie cum Hannibale et cum exercitu caesus est.*

6.- Centenio Penula, quien había servido como centurión, pidió al Senado un ejército y prometió una victoria sobre Aníbal si le lo daban; recibió ocho mil soldados, se le hizo general, se enfrentó a Aníbal y murió junto con su ejército.

7.- *Capua obsessa est a Q. Fulvio et Ap. Claudio coss.*

7.- Capua fue asediada por los cónsules Quinto Fulvio y Apio Claudio.

8.- *Cn. Fulvius praetor male adversus Hannibalem pugnavit. In quo proelio XX milia hominum ceciderunt; ipse cum equitibus CC effugit.*

8.- El pretor Gneo Fulvio luchó sin éxito contra Aníbal. Veinte mil hombres murieron en combate, pero él escapó con doscientos de caballería.

9.- *Claudius Marcellus Syracusas expugnavit tertio anno et ingentem virum gessit. In eo tumultu captae urbis Archimedes intentus formis, quas in pulvere descripserat, interfectus est.*

9.- En el tercer año, [Marco] Claudio Marcello tomó Siracusa y se comportó como un hombre grande. En el desorden de la ciudad capturada, Arquímedes, concentrado en las figuras que había dibujado en la arena, fue muerto.

10.- *P. et Cn. Scipiones in Hispania tot rerum feliciter gestarum tristem exitum tulerunt, prope cum totis exercitibus caesi anno octavo quam in Hispaniam ierunt. Amissaque eius provinciae possessio foret, nisi L. Marci, equitis Romani, virtute et industria contractis exercituum reliquiis, eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent. Ad XXVII milia caesa, ex mille octingentos, praeda ingens capta. Dux Marcius appellatus est.*

10.- Tras muchos éxitos, Publio y Gneo [Cornelio] Escipión encontraron un triste final en el octavo año tras su llegada a Hispania, al ser masacrados con casi todo su ejército. Se podía haber perdido el control de esa provincia, de no haber sido reagrupados los restos del ejército por el valor y la energía de Lucio Marcio [Séptimo], un caballero romano que animó a los soldados y asaltó dos campamentos enemigos. Cerca de veintisiete mil soldados murieron y se obtuvo un gran botín. Se le llamó *Dux [jefe militar]* Marcio.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 26-27

[Índice](#)

Ex libro XXVI

Del Libro 26

1.- *Hannibal ad tertium lapidem ab urbe Roma super Anienem castra posuit. Ipse cum duobus milibus equitum usque ad ipsam Capenam portam, ut situm urbis exploraret, obequitavit. Et cum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit; nam cum in castra redisset, statim serenitas erat.*

1.- [211 adC] Aníbal construyó su campamento en la tercera piedra miliar desde Roma, cerca del río Anio. Él, personalmente, llegó hasta la puerta Capena con dos mil de caballería, para inspeccionar la ciudad. Y cuando durante tres días estuvieron dispuestas las líneas de batalla, una tempestad impidió el enfrentamiento; cuando Aníbal regresó a su campamento, volvió la calma.

2.- *Capua capta est a Q. Fulvio et Appio Claudio coss. Principes Campanorum veneno sibi mortem consciverunt. Cum senatus Campanorum deligatus esset ad palos ut securi feriretur, litteras a senatu missas Q. Fulvius consul, quibus iuebatur parcere, antequam legeret, in sinu posuit et lege agi iussit et supplicium peregit.*

2.- Capua fue capturada por los cónsules Quinto Fulvio y Apio Claudio. Los jefes campanos se suicidan con veneno. Cuando los senadores campanos hubieron sido atados al cadalso para ser decapitados, el cónsul Quinto Fulvio recibió una carta del Senado en la que se le ordenaba ser misericordioso, pero él la guardó en un pliegue [de su toga] y, antes de haberla leído, ya había ordenado que se aplicase la ley y se habían efectuado las ejecuciones.

3.- *Cum comitiis apud populum quaeretur cui mandaretur Hispaniarum imperium, nullo id volente suscipere, P. Scipio (P. filius eius qui in Hispania ceciderat) professus est se iturum; et suffragio populi consensuque omnium missus Novam Carthaginem expugnavit, cum haberet annos XXVIII videreturque divina stirpe, quia et ipse, postquam togam acceperat, cotidie in Capitolio erat et in cubiculo matris eius anguis saepe videbatur.*

3.- Cuando, en las elecciones, el pueblo fue consultado sobre quién quería el mando en España y nadie se atrevió a aceptarlo, Publio [Cornelio] Escipión (el hijo del Publio que cayó en Hispania), anunció que él iría; y habiendo sido enviado por el voto del pueblo y la unanimidad general, [209 adC] capturó Cartago Nova [Cartagena, España] y aunque sólo tenía veinticuatro años, semejó ser hijo de un dios porque, desde el momento que aceptó la toga, asistía cada día al [templo de Júpiter] Capitolio y, a menudo, una serpiente había sido vista en la cama de su madre.

4.- *Res praeterea gestas in Sicilia continet et amicitiam cum Aetolis iunctam bellumque gestum adversus Acarnanas et Philippum, Macedoniae regem.*

4.- También contiene cosas sobre los sucesos de Sicilia, [210 adC] la firma un tratado de amistad con los etolios y la guerra contra los acarnianos y el rey Filipo [V] de Macedonia.

[Índice](#)

Ex libro XXVII

Del Libro 27

1.- *Cn. Fulvius procos. cum exercitu ab Hannibale ad Herdoneam caesus est. Meliore eventu ab Claudio Marcello cos. adversus eundem ad Numistrone[m] pugnatum est. Inde Hannibal nocte recessit. Marcellus insecutus est et subinde cedentem pressit, donec confligeret. Priore pugna Hannibal superior, sequenti Marcellus.*

1.- Cerca de Herdonea, el procónsul Gneo Fulvio fue derrotado con su ejército por Aníbal. El cónsul Claudio Marcelo luchó con más éxito contra el mismo enemigo en Numistro. Aníbal se retiró a cubierto de la noche. Marcelo le persiguió e infligió daño al ejército en retirada. En esta primera batalla, Aníbal fue superior, pero Marcelo siempre le persiguió.

2.- *Fabius Maximus pater cos. Tarentinos per prodicionem recepit.*

2.- [209 adC] Aprovechándose de una traición, el cónsul Fabio Máximo recuperó Tarento.

3.- *Claudius Marcellus T. Quintius Crispinus coss. speculandi causa progressi e castris insidiis ab Hannibale circumventi sunt. Marcellus occisus, Crispinus fugit.*

3.- [208 adC] Cuando los cónsules [Marco] Claudio Marcelo y Tito Quinto Crispino, en una misión de reconocimiento, se adelantaron sobre su campamento, fueron rodeados por Aníbal en una emboscada. Marco murió y Crispino escapó.

4.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CXXXVII milia CVIII; ex quo numero apparuit quantum hominum tot proeliorum adversa fortuna populo R. abstulisset.*

4.- Los censores celebraron las ceremonias lústricas del censo. Fueron censados 137 108 ciudadanos. A partir de este número, aparece claramente a cuántos hombres del pueblo romano les resultó adversa la Fortuna en tantas derrotas.

5.- *In Hispania ad Baeculam Scipio cum Hasdrubale et Hamilcare conflixit et vicit. Inter alia captum regalem puerum eximiae formae ad avunculum Masinissam cum donis dimisit.*

5.- [208 adC] En Hispania, cerca de Baecula [cerca de Cazorla (Jaén) - España], Escipión se enfrentó y derrotó a Asdrúbal y Amílcar. Entre los que fueron capturados había un bello muchacho de estirpe real que se envió a su tío Masinisa con otros regalos.

6.- *Hasdrubal, qui cum exercitu novo Alpes transenderat ut se Hannibali iungeret, cum milibus hominum LVI caesus est, capta V milia CCCC M. Livi cos. ductu, sed non minore opera Claudi Neronis cos., qui, cum Hannibali oppositus esset, relictis castris ita ut hostem falleret, cum electa manu profectus Hasdrubalem circumvenerat.*

6.- [207 adC] Asdrúbal, que cruzó los Alpes con un nuevo ejército para unirse a Aníbal, fue derrotado con sus cincuenta y seis mil hombres y fueron capturados cinco mil cuatrocientos por el cónsul Marco Livio; pero no menos hizo el cónsul Claudio Nerón, quien al enfrentarse a Aníbal, abandonó su campamento de tal forma que engañó a su enemigo y partiendo con una fuerza selecta, sobrepasó a Asdrúbal.

7.- *Res praeterea feliciter a P. Scipione in Hispania et a P. Sulpicio praetore adversus Philippum et Achaeos gestas continet.*

7.- También cuenta cosas sobre las guerras victoriosas de Publio [Cornelio] Escipión en Hispania y del pretor Publio Sulpicio contra Filipo [V de Macedonia] y los aqueos.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 28-30

[Índice](#)

Ex libro XXVIII

Del Libro 28

1.- *Res in Hispania prospere gestae a Silano, Scipionis legato, et ab L. Scipione fratre adversus Poenos, a P. Sulpicio procos. socio Attalo rege Asiae adversus Philippum, regem Macedonum, pro Aetolis referuntur.*

1.- [207 adC] Contiene relatos sobre los éxitos de Silano, legado de Escipión, y del hermano de Escipión, Lucio, en Hispania, contra los cartagineses; y los del procónsul Sulpicio y el rey Atalo [I Soter] de Asia, su aliado, contra el rey Filipo[V] de Macedonia, a favor de los etolios.

2.- *Cum M. Livio et Claudio Neroni coss. triumphus decretus esset, Livius, qui in provincia sua rem gesserat, quadrigis invectus est, Nero, qui in collegae provinciam, ut victoriam eius adiuveret, venerat, equo secutus est, et in hoc habitu plus gloriae reverentiaeque habuit; nam et plus in bello quam collega fecerat.*

2.- Cuando se decretó un triunfo para los cónsules Marco Livio y Claudio Nerón, Livio, en cuya provincia se había ganado la batalla, paseó en un carro con cuatro caballos, y Nerón, que fue a la provincia de su colega para ayudarlo a ganar la victoria, le siguió a caballo; pero de esta manera, recibió más gloria y respeto [Nerón], pues había hecho más en la guerra que su colega.

3.- *Ignis in aede Vestae negligentia virginis quae non custodierat, extinctus est; caesa est flagro.*

3.- El fuego en el templo de Vesta se extendió por la negligencia de una de las vírgenes, que no lo vigiló; se azotó a la virgen.

4.- *P. Scipio in Hispania cum Poenis debellavit XIII anno eius belli, quinto post anno quam ierat, praclusisque in totum possessione provinciae eius hostibus Hispanias recepit; et a Tarracone in Africam ad Syphacem, regem Massylorum, transvectus foedus iunxit. Hasdrubal Gisgonis ibi cum eo in eodem lecto cenavit. Munus gladiatorium in honorem patris patrique Carthagini Nova edidit, non ex gladiatoribus, sed ex his qui aut in honorem ducis aut ex provocatione descendebant; in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt.*

4.- [206 adC] Tras expulsar completamente y ocupar la totalidad de Hispania, Publio [Cornelio] Escipión recuperó la provincia y finalmente derrotó a los cartagineses en el décimocuarto año de la guerra, y en el quinto tras su llegada. Desde Tarragona, cruzó a África y concluyó un tratado con Sifax, rey de los masesilos. Asdrúbal, el hijo de Gisgón, cenó con él en el mismo lecho. En Cartagena, Escipión organizó unos juegos gladiatorios en honor de su padre y de su tío. Pero no tomó parte ningún gladiador: los luchadores eran hombres que descendieron a la arena en honor de su jefe o que aceptaron un desafío. Dos príncipes, hermanos, combatieron por la posesión de un reino.

5.- *Cum Gisia urbs obpugnaretur, oppidani liberos et coniuges rogo extracto occiderunt et se insuper praecipitaverunt.*

5.- Cuando la ciudad de Gisia fue asediada, los ciudadanos mataron a sus hijos y esposas en una pira que habían hecho y luego se precipitaron ellos mismos en el fuego.

6.- *Ipse Scipio, dum gravi morbo implicitus est, seditionem in parte exercitus motam, confirmatus discussit rebellantesque Hispaniae populos coegit in deditionem venire. Et amicitia facta cum Masinissa, rege Numidarum, qui illi auxilium, si in Africam traiecisset, pollicebatur, cum Gaditanis quoque post discessum inde Magonis, cui Carthagine scriptum erat ut in Italiam traiceret, Romam reversus consulque creatus.*

6.- Se produjo una rebelión en parte del ejército mientras Escipión estaba enfermo; cuando se recuperó, terminó con la rebelión y obligó a la rendición de los pueblos de Hispania. También hizo un tratado de amistad con el rey Masinisa de los Números, quien le prometió ayuda cuando él quisiera cruzar a África y también hizo amigos con el pueblo de Cádiz tras la salida de Magón, a quien se había ordenado ir a Italia. Escipión volvió a Roma y fue nombrado cónsul.

7.- *Africam provinciam petenti, contradicente Q. Fabio Maximo, Sicilia data est, permissumque ut in Africam traiceret, si id e re p. esse censeret. Mago, Hamilcaris filius, a minore Baleari insula, ubi hiemaverat, in Italiam traiecit.*

7.- [205 adC] Él pidió permiso para ir a África, pero Quinto Fabio Máximo se opuso, de modo que Escipión obtuvo Sicilia y permiso para ir a África si pensaba que esto sería beneficioso para el Estado. Magón, el hijo de Amílcar, pasó el invierno en la más pequeña de las islas Baleares [Menorca], y cruzó a Italia.

Índice

Ex libro XXIX

Del Libro 29

1.- *Ex Sicilia C. Laelius in Africam a Scipione missus ingentem praedam reportavit et mandata Masinissae Scipioni exposuit querentis quod nondum exercitum in Africam traiecisset.*

1.- Gayo Lelio, enviado por Escipión desde Sicilia a África, regresó con un gran botín y le dió a Escipión mensajes de Masinisa, en los que se quejaba de que no había enviado su ejército a África.

2.- *Bellum in Hispania finitum victore Romano, quod Indebilis excitaverat; ipse in acie occisus, Mandonius expositibus Romanis a suis deditus.*

2.- La guerra en Hispania terminó con la victoria romana, tras haber sido provocada por Indíbil; él mismo murió en combate y Mandonio fue entregado por sus familiares cuando los romanos le requirieron.

3.- *Magoni, qui Albingauni in Liguribus erat, ex Africa et militum ampla manus missa et pecuniae, quibus auxilia conduceret, praeceptumque ut se Hannibali coniungeret.*

3.- Magón, que estaba en Albenga, Liguria, recibió muchos soldados y dinero para pagar auxiliares y se le ordenó unirse a Aníbal.

4.- *Scipio a Syracusis in Bruttios traiecit et Locros pulso Punico praesidio fugatoque Hannibale recepit.*

4.- Escipión cruzó desde Sicilia a Brucia y recapturó Locri poniendo en fuga su guarnición cartaginesa que se fue con Aníbal.

5.- *Pax cum Philippo facta est.*

5.- Se hace un tratado con Filipo [V de Macedonia].

6.- *Mater Idaea deportata est Romam a Pessinunte, oppido Phrygiae, carmine in libris Sibyllinis invento, pelli Italia alienigenam hostem posse, si mater Idaea deportata Romam esset. Tradita est autem Romanis per Attalum, regem Asiae. Lapis erat, quem matrem deum incolae dicebant. Excepit P. Scipio Nasica (Cn. filius eius qui in Hispania perierat), vir optimus a senatu iudicatus, adulescens nondum quaestorius, quoniam ita responsum iubebat ut id numen ab optimo viro exciperetur consecrareturque.*

6.- [204 adC] De acuerdo con un oráculo hallado en los libros Sibilinos, que decía que un invasor extranjero sería expulsado si la madre Idaea [Cibeles] era traída a Roma desde la ciudad frigia de Ballihisar. La estatua fue dada a los romanos por el rey Atalo [I Soter] de Asia. Según los nativos, La Madre de los Dioses era una piedra. Dado que el oráculo había ordenado que la deidad había de ser recibida y consagrada por el mejor hombre, la recibió Publio [Cornelio] Escipión Nasica (hijo del Gneo que había perecido en Hispania), quien fue considerado por el Senado como el mejor hombre, aunque era joven y ni siquiera había alcanzado la cuestura.

7.- *Locrenses legatos Romam miserunt, qui de impotentia Plemini legati quererentur, qui pecuniam Proserpinae sustulerat et liberos eorum ac coniuges stupraverat. In catenis Romam perductus in carcere est mortuus.*

7.- Los locrenses enviaron legados a Roma para quejarse del comportamiento de Pleminio, que había confiscado el dinero de Proserpina y había ultrajado a sus hijos y esposas. Encadenado, fue enviado a Roma y murió en prisión.

8.- *Cum falsus rumor de P. Scipione procos., qui in Sicilia erat, in urbem perlatus esset, tamquam is luxuriaretur, missis ob hoc legatis a senatu qui explorarent an ea vera essent, purgatus infamia Scipio in Africam permissu senatus traecit.*

8.- Cuando circuló por la ciudad un falso rumor referido al procónsul Publio [Cornelio] Escipión, que estaba en Sicilia, acerca de su vida lujuriosa, el Senado envió delegados para investigar la veracidad del rumor; quedó limpio de la infamia y obteniendo el permiso del Senado, cruzó a África.

9.- *Syphax, accepta in matrimonium filia Hasdrubalis Gisgonis, amicitiam, quam cum Scipione iunxerat, renuntiavit.*

9.- Sifax, que se había casado con una hija de Asdrúbal, hijo de Gisgón, renunció a su amistad con Escipión.

10.- *Masinissa, rex Massylorum, dum pro Carthaginensibus in Hispania militat, amisso patre Gala de regno exciderat. Quo per bellum saepe repetito aliquot proeliis a Syphace, rege Numidarum, victus in totum privatus est, et cum CC equitibus exsul Scipioni se iunxit et cum eo primo statim bello Hannonem, Hamilcaris filium, cum ampla manu occidit. Scipio adventu Hasdrubalis et Syphacis, qui prope cum centum milibus armatorum venerant, ab obsidione Uticae depulsus hiberna communiit.*

10.- El rey Masinisa de los Masesilos, que había luchado junto a los cartagineses en Hispania, había sido excluido de la realeza cuando perdió a su padre Gala. Había tratado de recuperarla repetidamente mediante la guerra, pero había sido derrotado en varias batallas por el rey Sifax de Numidia, perdiéndolo todo. Como un exiliado, él y doscientos caballeros se unieron a Escipión que, con esta ayuda, derrotó a Hanón, el hijo de Amílcar, junto con muchos soldados, justo al principio de la guerra. Cuando Asdrúbal, Sifax y cien mil hombres se aproximaron, Escipión fue forzado a abandonar el asedio de Utica e

instalarse en su cuartel de invierno.

11.- Sempronius cos. in agro Crotoniensi prospere adversus Hannibalem pugnavit.

11.- El cónsul Sempronio luchó victoriosamente contra Aníbal en el campo de Crotona.

12.- Inter censores M. Livium et Claudium Neronem notabilis discordia fuit. Nam et Claudius collegae equum ademit, quod a populo damnatus actusque in exilium fuerat, et Livius Claudio, quod falsum in se testimonium dixisset et quod non bona fide secum in gratiam redisset. Idem omnes tribus (extra unam) aerarias reliquit, quod et innocentem se damnassent et posthac consulem censoremque fecissent.

12.- Hubo una querrela importante entre los dos censores, Marco Livio y Claudio Nerón. Por un lado, Claudio tomó el caballo público de su colega porque una vez había sido condenado y exiliado por el pueblo; por otra parte, Livio hizo lo mismo a Claudio porque había dicho mentiras sobre él y no había sido sincero cuando se reconciliaron. También había registrado a todas las tribus (menos una) como contribuyentes del orden más bajo, por que una vez le habían condenado, aunque luego le considerasen inocente y le hicieran cónsul y censor.

13.- Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCXIII milia.

13.- Los censores celebran el censo lústrico. Son censados 214 000 ciudadanos.

Índice

Ex libro XXX

Del Libro 30

1.- Scipio in Africa Carthaginenses et eundem Syphacem, Numidiae regem, Hasdrubalemque pluribus proeliis vicit adiuvante Masinissa, bina hostium castra expugnavit, in quibus XL milia hominum ferro ignique consumpta sunt. Syphacem per C. Laelium et Masinissam cepit.

1.- [203 adC] En África, Escipión, ayudado por Masinisa, derrotó a los cartagineses, el antes mencionado rey Sifax y Asdrúbal en varios enfrentamientos, capturando dos campamentos. Cuarenta mil hombres fueron muertos por el hierro y el fuego. Sifax fue capturado por Gayo Lelio y Masinisa.

2.- Masinissa Sophonibam, uxorem Syphacis, filiam Hasdrubalis, captam statim adamavit et nuptiis factis uxorem habuit; castigatus a Scipione venenum ei misit, quo illa hausto decessit.

2.- Masinisa se enamoró de Sofoniba, la esposa cautiva de Sifax e hija de Asdrúbal, se casó con ella y la tuvo como su esposa; Escipión se lo reprochó y él le envió un veneno, ella lo bebió y murió.

3.- Effectumque multis Scipionis victoriis ut Carthaginenses in desperationem acti in auxilium publicae salutis Hannibalem evocarent. Isque anno XVI Italia decedens in Africam traiecit temptavitque per conloquium pacem cum Scipione componere, et cum de condicionibus pacis non convenisset, acie victus est.

3.- Por las muchas victorias de Escipión, los desesperados cartagineses volvieron a llamar a Aníbal para proteger el Estado. [202 adC] En el décimosexto año de su invasión de Italia, se retiró, cruzó a África y trató de organizar una conferencia de paz con Escipión; y cuando no se pusieron de acuerdo sobre las condiciones de paz, Aníbal fue derrotado en combate.

4.- *Pax Carthaginiensibus petentibus data est. Hannibal Gisgonem pacem dissuadentem manu sua detraxit, excusata deinde temeritate facti ipse pacem suasit.*

4.- Cuando los cartagineses pidieron la paz, les fue concedida. Cuando Gisgón trató de disuadir al pueblo de la paz, Aníbal le hizo sentar, se disculpó por su comportamiento y arguyó a favor de la paz.

5.- *Masinissae regnum restitutum est.*

5.- Se devolvió el reino a Masinisa.

6.- *Reversus in urbem Scipio amplissimum nobilissimumque egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo senator pilleatus secutus est. Scipio Africanus incertum militari prius favore an populari aura ita cognominatus sit. Primus certe hic imperator victae nomine a se gentis nobilitatus est.*

6.- [201 adC] Después de regresar a la ciudad, Escipión celebró un larguísimo y distinguido triunfo, seguido por el senador Quinto Terencio Culleo, quien llevaba un gorro de liberto. No está claro si recibió Escipión el sobrenombre de *Africano* por su popularidad entre los soldados o por el veleidoso favor de la plebe, pero lo cierto es que fue el primer general que recibió un sobrenombre derivado de la nación que conquistó.

7.- *Mago bello quo in agro Insubrum cum Romanis conflixerat vulneratus, dum in Africam per legatos revocatis revertitur, ex vulnere mortuus est.*

7.- En el país de los insubros, Magón resultó herido en una guerra contra los romanos; fue llamado a África por unos enviados, pero murió de sus heridas durante el viaje de vuelta.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 31-35

[Índice](#)

Ex libro XXXI

Del Libro 31

1.- *Belli adversus Philippum, Macedoniae regem, quod intermissum erat, repetiti causae referuntur hae. Tempore initiorum duo iuvenes Acarnanes, qui non erant initiati, Athenas venerunt et in sacrarium Cereris cum aliis popularibus suis intraverunt. Ob hoc, tamquam summum nefas commisissent, ab Atheniensibus occisi sunt. Acarnanes mortibus suorum commoti ad vindicandos illos auxilia a Philippo petierunt et Athenas obpugnaverunt, Athenienses auxilium a Romanis petierunt post pacem Carthaginiensibus datam paucis mensibus. Cum Atheniensium, qui a Philippo obsidebantur, legati auxilium a senatu petissent, et id senatus ferendum censuisset plebe, quod tot bellorum continuus labor gravis erat, dissentiente, tenuit auctoritas patrum ut sociae civitati ferri opem populus quoque iuberet.*

1.- Las causas de la reanudación de la guerra contra el rey Filipo [V] de Macedonia se indican como sigue. En la edad de las iniciaciones, dos jóvenes acarnanios no iniciados fueron a Atenas y [por error] entraron en el santuario de Ceres con otros compatriotas. Por esto, como si ellos hubiesen cometido el supremo sacrilegio, fueron ejecutados por los Atenenses. Los acarnanios quedaron transtornados por la muerte de sus compatriotas, pidieron ayuda al rey Filipo para vengarlos, y atacaron Atenas; los atenienses invocaron la ayuda romana unos meses después de la paz con los cartagineses. [200 adC] Cuando los enviados de los atenienses, que estaban asediados por Filipo, pidieron ayuda al Senado, éste deseó apoyarles pero el pueblo, cansado de los trabajos sin fin de tantas guerras, disintió; pero prevaleció el punto de vista de los senadores a causa de su autoridad y el pueblo acordó apoyar a una ciudad aliada.

2.- *Id bellum P. Sulpicio cos. mandatum est qui exercitu in Macedoniam ducto equestribus proeliis prospere cum Philippo pugnavit. Aboedeni a Philippo obsessi ad exemplum Saguntinorum suos seque occiderunt.*

2.- [199 adC] La guerra fue proseguida por el cónsul Publio Sulpicio, quien condujo su ejército a Macedonia y ganó batallas de caballería contra Filipo. Sitiados por Filipo, los habitantes de Abidos siguieron el ejemplo de los saguntinos y se suicidaron.

3.- *L. Furius praetor Gallos Insubres rebellantes et Hamilcarem Poenum bellum in ea parte Italiae molientem acie vicit. Hamilcar eo bello occisus est et milia hominum XXXV.*

3.- En una batalla, el pretor Lucio Furio derrotó a los rebeldes galos insubros y al cartaginés Amílcar, que estaba tratando de llevar la guerra a esa parte de Italia. Amílcar murió junto a sus treinta y cinco mil hombres.

4.- *Praeterea expeditiones Philippi regis et Sulpici cos. expugnationesque urbium ab utroque factas continet. Sulpicius cos. bellum gerebat adiuvantibus rege Attalo et Rhodiis.*

4.- También relata cosas sobre las expediciones del rey Filipo y el cónsul Sulpicio, y la captura de ciudades por ambos hombres. El cónsul Sulpicio condujo la guerra con la ayuda del rey Atalo [I Soter de Pérgamo] y de los rodios.

5.- *Triumphavit de Gallis L. Furius praetor.*

5.- [200 adC] El pretor Lucio Furio [Purpureo] triunfó sobre los galos.

Índice

Ex libro XXXII

Del Libro 32

1.- *Complura prodigia ex diversis regionibus nuntiata referuntur, inter quae in Macedonia in puppe longae navis lauream esse natam. T. Quintius Flamininus cos. adversus Philippum feliciter pugnavit in faucibus Epiri fugatumque coegit in regnum reverti. Ipse Thessaliam, quae est vicina Macedoniae, sociis Aetolis et Athamanibus vexavit, L. Quintius Flamininus (frater consulis) navali proelio Attalo rege et Rhodiis adiuvantibus Euboeam et maritimam oram. Achaei in amicitiam recepti sunt.*

1.- Se refieren muchos prodigios, producidos en muchos países, entre los que está el nacimiento de un laurel en la popa de un barco de guerra en Macedonia. [198 adC] En un paso del Épiro, el cónsul Tito Quinto Flaminio luchó victoriosamente contra Filipo y le obligó a huir y regresar a su reino. [197 adC] El propio Flaminio, ayudado por los aliados etolios y atamanianos, luchó en Tesalia, que está cerca de Macedonia, mientras que Lucio Quinto Flaminio (el hermano del cónsul) ayudado por el rey Atalo [I Soter de Pérgamo] y los rodias, lucharon en una batalla naval cerca de Eubea y la costa. Los aqueos fueron recibidos como amigos.

2.- *Praetorum numerus ampliatus est, ut seni crearentur.*

2.- Se aumentó el número de pretores hasta seis.

3.- *Coniuratio servorum facta de solvendis Carthaginiensium obsidibus oppressa est, duo milia D necati.*

3.- [198 adC] Se descubrió una conjura de esclavos para liberar a los rehenes cartagineses. Dos mil quinientos fueron ejecutados.

4.- *Cornelius Cethegus cos. Gallos Insubres proelio fudit.*

4.- [197 adC] El cónsul Cornelio Cetego derrotó a los galos insubros en combate.

5.- *Cum Lacedaemoniis et tyranno eorum Nabide amicitia iuncta est.*

5.- Se firmó un tratado de amistad con los lacedemonios [espartanos] y su tirano Nabis.

6.- *Praeterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.*

6.- También cuenta sobre la captura de ciudades en Macedonia.

Índice

Ex libro XXXIII

Del Libro 33

1.- *T. Quintius Flamininus procos. cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie victo debellavit. L. Quintius Flamininus, ille frater procos., Acarnanas, Leucade urbe (quod caput est Acarnanum) expugnata, in deditionem accepit.*

1.- El procónsul Tito Quinto Flaminio derrotó decisivamente a Filipo en Cinoscéfalos, en Tesalia. El hermano del procónsul, Lucio Quinto Flaminio, capturó la ciudad de Leucas (la capital de los acarnanios), y aceptó la rendición de los acarnanios.

2.- *Pax petenti Philippo Graecia liberata data est.*

2.- [196 adC] Cuando el rey Filipo pidió la paz, Grecia quedó en libertad.

3.- *Attalus ab Thebis ob subitam valetudinem Pergamum translatus decessit.*

3.- [197 adC] [El rey] Atalo [I Soter], al ser llevado a Pérgamo a causa de una enfermedad aguda, murió.

4.- *C. Sempronius Tuditanus praetor ab Celtiberis cum exercitu caesus est.*

4.- El pretor Gayo Sempronio Tuditano murió con su ejército a manos de los celtíberos.

5.- *L. Furius Purpurio et Claudius Marcellus coss. Boios et Insubres Gallos subegerunt. Marcellus triumphavit.*

5.- [186 adC] Los cónsules Lucio Furio Purpureo y Claudio Marcelo sometieron a los galos boyanos e insubros. Marcelo celebró un triunfo.

6.- *Hannibal frustra in Africa bellum molitus et ob hoc Romanis per epistulas ab adversae factionis principibus delatus propter metum Romanorum, qui legatos ad senatum Carthaginiensium de eo miserant, profugus ad Antiochum, Syriae regem, se contulit bellum adversus Romanos parantem.*

6.- [195 adC] Aníbal, que había tratado en vano de provocar la guerra en África y fue por esto denunciado a los romanos a través de cartas de los líderes de una facción contraria a él, quienes habían enviado legados al Senado Cartaginés, huyó junto al rey Antíoco [III el Grande] de Siria, quien estaba preparando una guerra contra los romanos.

Índice

Ex libro XXXIV

Del Libro 34

1.- *Lex Oppia, quam C. Oppius trib. pl. bello Punico de finiendis matronarum cultibus tulerat, cum magna contentione abrogata est, cum Porcius Cato auctor fuisset ne ea lex aboleretur.*

1.- La ley Opia, que el tribuno de la plebe Gayo Opio había decretado durante la Guerra Púnica para regular el lujo de las mujeres, fue rechazada aunque Porcio Catón propuso que la ley no fuese revocada.

2.- *Is in Hispaniam profectus bello, quod Emporiis orsus est, citeriorem Hispaniam pacavit.*

2.- Después que el último siguiera hasta Hispania para una guerra que se había originado en Ampurias, pacificó la Hispania Citerior.

3.- *T. Quintius Flamininus bellum adversus Lacedaemonios et tyrannum eorum, Nabidem, prospere gestum data his pace, qualem ipse volebat, liberatisque Argis, qui sub ditione tyranni erant, finiit.*

3.- Tito Quinto Flaminio terminó victoriosamente la guerra sobre los lacedemonios y su tirano Nabis, otorgándoles la paz que querían y liberando a los habitantes de Argos, que habían estado bajo el gobierno de un tirano.

4.- *Res praeterea in Hispania et adversus Boios et Insubres Gallos feliciter gestae referuntur.*

4.- También habla de las guerras victoriosas en Hispania y contra los galos boyanos y los galos insubros.

5.- *Senatus tunc primum secretus a populo ludos spectavit. Id ut fieret, Sextus Aelius Paetus et Cn. Cornelius Cethegus censores intervenerunt cum indignatione plebis.*

5.- Por primera vez, los senadores contemplaron los Juegos, separados del resto del pueblo. Esto se hizo por iniciativa de los censores Sexto Aelio Paeto y Gneo Cornelio Cetego, con la indignación de la plebe.

6.- *Coloniae plures deductae sunt.*

6.- Se fundan varias colonias.

7.- *M. Porcius Cato ex Hispania triumphavit.*

7.- [194 adC] Marco Porcio Catón celebró un triunfo por Hispania.

8.- *T. Quintius Flamininus, qui Philippum, Macedonum regem, et Nabidem, Lacedaemoniorum tyrannum, vicerat Graeciamque omnem liberaverat, ob hoc triduo triumphavit.*

8.- Tito Quinto Flaminio, que había derrotado al rey Filipo [V] de Macedonia y a Nabis, el tirano de los lacedemonios, y que había liberado toda Grecia, celebró un triunfo que duró tres días.

9.- *Legati Carthaginensium nuntiaverunt Hannibalem, qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri. Temptaverat autem Hannibal per Aristonem Tyrium sine litteris Carthaginem missum ad bellandum Poenos concitare.*

9.- Enviados cartagineses informaron de que Aníbal, que había huido junto a [el rey seleúcida] Antíoco [III el Grande], estaba preparando un guerra junto al rey. Aníbal, por otra parte, trató de incitar a los cartagineses para proseguir la guerra enviando a Aristón de Tiro, sin cartas, a Cartago.

Índice

Ex libro XXXV

Del Libro 35

1.- *P. Scipio Africanus legatus ad Antiochum missus Ephesi cum Hannibale, qui se Antiocho adiunxerat, conlocutus est, ut si fieri posset, metum ei, quem ex populo R. conceperat, eximeret. Inter alia cum quaereret quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondit Alexandrum, Macedonum regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudisset quodque ultimas oras, quas visere supra spem*

humanam esset, peragrasset. Quaerenti deinde, quem secundum poneret, "Pyrrhum", inquit, "castra metari primum docuisse, ad hoc neminem loca elegantius cepisse, praesidia disposuisse"

1.- Para expulsar, si fuera posible, el miedo que Aníbal aún inspiraba en el pueblo romano, Publio [Cornelio] Escipión Africano, que había sido enviado como embajador a [el rey] Antíoco [III el Grande], habló con Aníbal, quien se había unido a Antíoco en Éfeso. Cuando le preguntó, entre otras cosas, a quién consideraba como el mejor general, Aníbal contestó que a Alejandro [el Grande] de Macedonia, porque con un ejército pequeño había enfrentado innumerables otros y alcanzado las costas más lejanas, que están más allá de lo que cualquiera podría esperar ver. Al preguntarle quién creía que era el segundo, él replicó "Pirro, que nos enseñó a construir un campamento; hasta ahora, nadie eligió nunca mejores posiciones o construyó mejores fortificaciones".

2.- *Exsequenti, quem tertium diceret, semet ipsum dixit. Ridens Scipio: "quidnam tu diceres," inquit, "si me vicisses?"*

2.- Cuando Escipión siguió y le preguntó quién era el tercero, Aníbal dijo que él mismo. Con una sonrisa, Escipión preguntó "¿Qué habría dicho si me hubiese derrotado?"

3.- *"Tunc vero me," inquit, "et ante Alexandrum et ante Pyrrhum et ante alios posuissem."*

3.- "En tal caso," replicó Aníbal, "Me habría situado por delante de Alejandro y Pirro."

4.- *Inter alia prodigia, quae plurima fuisse traduntur, bovem Cn. Domitii cos. locutam "Roma cave tibi" refertur.*

4.- Entre otros presagios, de los muchos que se registraron, hubo una vaca de la que se dijo haber hablado al cónsul Gneo Domicio: "¡Ten cuidado, Roma!"

5.- *Nabis, Lacedaemoniorum tyrannus, incitatus ab Aetolis, qui et Philippum et Antiochum ad inferendum bellum populo R. sollicitabant, a populo R. descivit, sed bello adversus Philopoemenen, Achaeorum praetorem, gesto ab Aetolis interfectus est. Aetoli quoque ab amicitia populi R. defecerunt. Cum societate iuncta Antiochus, Syriae rex, bellum Graeciae intulisset, complures urbes occupavit, inter quas Chalcidem et totam Euboeam.*

5.- [192 adC] Nabis, el tirano de los lacedemonios, abandonó, a instigación de los Etolios, que querían invitar a ambos [el rey] Filipo [V de Macedonia] y Antíoco para que condujeran la guerra contra el pueblo romano, su alianza con los romanos, pero resultó muerto por los etolios durante la guerra que hizo contra Filopomeno, el líder de los aqueos. Los etolios también abandonaron su alianza con Roma. Tras firmar una alianza, el rey Antíoco de Siria invadió Grecia y capturó muchas ciudades, incluyendo Calcis y la totalidad de Eubea.

6.- *Res praeterea in Liguribus gestas et adparatum belli ab Antiocho continet.*

6.- También relata cosas sobre las guerras en Liguria y los preparativos para la guerra provocada por Antíoco.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 36-40

[Índice](#)

Ex libro XXXVI

Del Libro 36

1.- *Acilius Glabrio cos. Antiochum ad Thermopylas Philippo rege adiuvante victum Graecia expulit idemque Aetolos subegit.*

1.- [191 adC] Con la ayuda del rey Filipo [V de Macedonia], el cónsul Acilio Glabrio derrotó [al seleúcida] rey Antíoco [III el Grande] en las Termópilas, expulsándole de Grecia y sometiendo a los Etolios.

2.- *P. Cornelius Scipio Nasica cos. aedem Matris deum, quam ipse in Palatium intulerat, vir optimus a senatu iudicatus, dedicavit. Idemque Boios Gallos victos in deditionem accepit, de his triumphavit.*

2.- El cónsul Publio Cornelio Escipión Nasica, que había sido juzgado como el mejor hombre por el Senado, dedicó el santuario de la Madre de los dioses [Cibeles], que él mismo había llevado al Palatino. Además, aceptó la rendición de los derrotados galos boyanos y celebró un triunfo.

3.- *Praeterea navalia certamina prospera adversus praefectos Antiochi regis referuntur.*

3.- También refiere los sucesos de un combate naval victorioso contra el almirante del rey Antíoco.

[Índice](#)

Ex libro XXXVII

Del Libro 37

1.- *L. Cornelius Scipio cos. legato Scipione Africano fratre (qui se legatum fratris futurum dixerat, si ei Graecia provincia decerneretur, cum C. Laelio, qui multum in senatu poterat, ea provincia dari videretur) profectus ad bellum adversus Antiochum regem gerendum, primus omnium Romanorum ducum in Asiam traiecit.*

1.- [190 adC] El cónsul Lucio Cornelio Escipión, junto a su hermano Escipión Africano como legado procedió a conducir la guerra contra el rey Antíoco [III el Grande] y fue el primero de los jefes romanos que cruzó a Asia (cuando a Gayo Lelio [el otro cónsul] que tenía mucha influencia en el Senado, pareció que se le daría Grecia, el Africano anunció que sería el legado de su hermano si a éste se le daba ésa provincia).

2.- *Regillus adversus regiam classem Antiochi feliciter pugnavit ad Myonnesum Rhodiis iuvantibus.*

2.- En Myonessus [Rodas], [Emilio] Regilo, ayudado por los rodienses, luchó con éxito contra la armada real de Antíoco.

3.- *Filius Africani captus ab Antiocho patri remissus est.*

3.- Un hijo de [Escipión] el Africano fue capturado por Antíoco y enviado de vuelta a su padre.

4.- *Victo deinde Antiocho ab L. Cornelio Scipione adiuvante Eumene, rege Pergami, Attali filio, pax data est ea condicione ut omnibus provinciis citra Taurum montem cederet. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho debellaverat, cognomine fratri exaequatus Asiaticus appellatus.*

4.- [189 adC] Después, Antíoco fue derrotado por Lucio Cornelio Escipión, quien fue ayudado por el rey Eumenes [II Soter] de Pérgamo, el hijo de Atalo. Se concedió la paz con la condición de que todas las provincias a este lado de las montañas del Tauro serían cedidas. Lucio Cornelio Escipión, quien había derrotado a Antíoco, fue igualado a su hermano con el sobrenombre de *Asiático*.

5.- *Colonia deducta est Bononia.*

5.- Es fundada la colonia de Bolonia.

6.- *Eumenis, quo iuvante Antiochus victus erat, regnum ampliatur. Rhodiis quoque, qui et ipsi iuverant, quaedam civitates concessae.*

6.- [188 adC] El reino de Eumenes, con cuya ayuda había sido derrotado Antíoco, fue ampliado. A los rodienses, que también habían ayudado, se les concedieron algunas ciudades.

7.- *Aemilius Regillus, qui praefectos Antiochi navali proelio devicerat, navalem triumphum deduxit. M'. Acilius Glabrio de Antiocho, quem Graecia expulerat, et de Aetolis triumphavit.*

7.- Emilio Regilo, que había derrotado al almirante de la armada de Antíoco, celebró un triunfo naval. Manlio Acilio Glabrio celebró un triunfo sobre Antíoco, a quien había expulsado de Grecia, y sobre los etolios.

Índice

Ex libro XXXVIII

Del Libro 38

1.- *M. Fulvius cos. in Epiro Ambracienses obsessos in deditionem accepit, Cephallaniam subegit, Aetolis perdomitis pacem dedit.*

1.- En Épiro, el cónsul Marco Fulvio [Nobilior] aceptó la rendición de los sitiados ambracianos, sometió Cefalonia y otorgó la paz a los derrotados etolios.

2.- *Cn. Manlius cos., collega eius, Gallograecos (Tolostobogios et Tectosagos et Trocmos) qui Brenno duce in Asiam transierant, cum soli citra Taurum montem non apparerent, vicit. Eorum origo, et quo modo ea loca, quae tenent, occupaverint, refertur.*

2.- Su colega cónsul Gneo Manlio derrotó a los galogriegos [gálatas] (los tolostobogios, tectosagos y trocmos) que habían sido llevados a Asia por Breno y fueron los únicos a este lado del Tauro que no obedecieron. Hay un relato sobre su origen y el modo en el que ocuparon su país.

3.- *Exemplum quoque virtutis et pudicitiae in femina traditur. Quae cum regis Gallograecorum uxor fuisset, capta centurionem, qui ei vim intulerat, occidit.*

3.- Se ofrece un ejemplo de virtud femenina y castidad. En una ocasión, la esposa de un rey gálata mató al centurión que la había apresado y quería violarla.

4.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCLVIII milia CCCX.*

4.- Se celebró el ritual lústrico del censo por los censores. Se censaron 258 310 ciudadanos.

5.- *Cum Ariarathe, Cappadociae rege, amicitia iuncta est.*

5.- Se firma un tratado de amistad con el rey Ariarates de Capadocia.

6.- *Cn. Manlius contradicentibus X legatis, ex quorum consilio foedus cum Antiocho conscripserat, de Gallograecis acta pro se in senatu causa triumphavit.*

6.- Aunque los diez legados, por cuyo consejo había concluido un tratado con Antíoco, estaban en contra, Gneo Manlio celebró un triunfo sobre los galogriegos, tras explicar su comportamiento en el Senado.

7.- *Scipio Africanus die ei dicta (ut quidam tradunt) a Q. Petilio tr. pl. (ut quidam a Naevio) quod praeda ex Antiocho capta aerarium fraudasset, postquam is dies venit, evocatus in rostra: "hac die," inquit, "Quirites, Carthaginem vici," et prosequente populo Capitolium escendit. Inde ne amplius tribuniciis iniuriis vexaretur, in voluntarium exilium Liternum concessit. (Incertum ibi an Romae defunctus sit; nam monumentum eius utrobique fuit.)*

7.- En el día señalado, [Publio Cornelio] Escipión Africano, que fue convocado a juicio (según algunos dicen) por el tribuno de la plebe Quinto Petilio (O Nevio, según otros) por haber perjudicado al tesoro público al quedarse con demasiada parte del botín de Antíoco, fue a los Rostra y declaró: "En este día, romanos, yo derroté a Cartago" y subió al Capitolio, seguido por el pueblo. Tras esto, partió a un exilio voluntario a Liternum, para estar seguro de que no sufriría los injustos ataques de los tribunos. (No está claro si fue enterrado allí o en Roma, pues hay monumentos en ambos lugares).

8.- *L. Scipio Asiaticus, frater Africani, eodem crimine peculatus accusatus damnatusque cum in vincula et carcerem duceretur, Tib. Sempronius Gracchus tr. pl., qui antea Scipionibus inimicus fuerat, intercessit et ob id beneficium Africani filiam duxit.*

8.- Lucio [Cornelio] Escipión Asiático, el hermano del Africano, fue acusado del mismo delito de peculación, condenado, encadenado y llevado a prisión; pero el tribuno Tiberio Sempronio Graco, que hasta entonces había sido enemigo de los Escipiones, intercedió y se casó -a consecuencia de esto- con una hija del Africano.

9.- *Cum quaestores in bona eius publice possidenda missi essent, non modo in his ullum vestigium pecuniae regiae apparuit, sed ne quaquam tantum redactum, quantae summae erat damnatus. Conlatam a cognatis et amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit; quae necessaria ei erant ad cultum, redempta.*

9.- Cuando los cuestores fueron enviados a confiscar para el Estado las posesiones del Asiático, no encontraron ni rastro del dinero del rey, y tampoco pudieron hallar el dinero por el que le habían multado. Rechazó aceptar la inmensa suma de dinero recolectada por sus familiares y amigos, e incluso lo que necesitaba para vivir, lo devolvió.

[Índice](#)

Ex libro XXXIX

Del Libro 39

1.- *M. Aemilius cos. Liguribus subactis viam Placentia usque Ariminum productam Flaminia iunxit.*

1.- [187 adC] Tras haber derrotado a los ligures, el cónsul Marco Emilio construyó una carretera desde Plasencia a Rímini, donde se unía a la Vía Flaminia.

2.- *Initia luxuriae in urbem introducta ab exercitu Asiatico referuntur.*

2.- Se refiere el inicio del lujo, introducido en la ciudad por el ejército de Lucio Cornelio Escipión Asiático.

3.- *Ligures, quicumque citra Appenninum erant, subacti sunt.*

3.- Los ligures, que viven a este lado de los Apeninos, son sometidos.

4.- *Bacchanalia, sacrum Graecum et nocturnum, omnium scelerum seminarium, cum ad ingentis turbae coniurationem pervenisset, investigatum et multorum poena sublatum est.*

4.- [186 adC] Las Bacanales, un rito griego nocturno y fuente de toda maldad, son suprimidas cuando mucha gente se involucró en esta conjura. Tras una investigación, mucha gente fue castigada.

5.- *A censoribus L. Valerio Flacco et M. Porcio Catone (et belli et pacis artibus maximo) motus est senatu L. Quintius Flamininus, T. frater, eo quod, cum Galliam provinciam consul obtineret, rogatus in convivio a Poeno Philippo, quem amabat, scorto nobili, Gallum quemdam sua manu occiderat sive, ut quidam tradiderunt, unum ex damnatis securi percusserat rogatus a meretrice Placentina, cuius amore deperibat. (Extat oratio M. Catonis in eum.)*

5.- [184 adC] Los censores Lucio Valerio Flaco y Marco Porcio Catón (un hombre notable, tanto en la paz como en la guerra) expulsaron del Senado a Lucio Quinto Flaminio, el hermano de Tito, porque había, cuando estuvo en la provincia de la Galia como cónsul, a petición de su amante, el muy conocido prostituto Filipo de Cartago, asesinado personalmente a cierto galo, u, otro día, había decapitado a un criminal condenado para complacer a la cortesana Placentina, de quien estaba enamorado. (Aún existe el discurso de Marco [Porcio] Catón)

6.- *Scipio Literni decessit et, tamquam iungente fortuna circa idem tempus duo funera maximorum virorum, Hannibal a Prusia, Bithyniae rege, ad quem victo Antiocho confugerat, cum dederetur Romanis, qui ad exposcendum eum T. Quintium Flamininum miserant, veneno mortem consciit. Philopoemen quoque, dux Achaeorum, vir maximus, a Messeniis occisus veneno, cum ab his in bello captus esset.*

6.- [183 adC] Como si la Fortuna deseara unir dos hombres notables en sus funerales, Escipión murió en Literno y Aníbal se envenenó al mismo tiempo. Tras haber sido derrotado Antíoco [III el Grande], Aníbal había huido hacia el rey Prusias [I el Cojo] of Bitinia, a quien se requirió entregarlo a los romanos, que habían enviado a Tito Quinto Flaminio. [182] Filopomeno, el líder de los aqueos y un gran hombre, fue también envenenado por los Mesenios que le habían capturado durante una guerra.

7.- *Coloniae Potentia et Pisaurum et Mutina et Parma deductae sunt.*

7.- [184 adC] Se fundan las colonias de Potenza, Pesaro, Módena y Parma.

8.- *Praeterea res adversus Celtiberos prospere gestas et initia causasque belli Macedonici continet. Cuius origo inde fluxit, quod Philippus aegre ferebat regnum suum a Romanis inminui et quod cogeret a Thracibus alisque locis praesidia deducere.*

8.- [181 adC] También se relatan cosas sobre las guerras victoriosas contra los celtíberos y las causas de la guerra macedónica, que fueron que Filipo no aceptaba que los romanos habían disminuido su poderío y que los tracios le habían obligado a reubicar sus guarniciones.

Índice

Ex libro XL

Del Libro 40

1.- *Cum Philippus liberos eorum quos in vinculis habebat nobilium hominum conquiri ad mortem iussisset, Theoxena, verita pro liberis suis admodum pueris regis libidinem, prolati in medium gladiis et poculo in quo venenum erat, suasit his ut imminens ludibrium morte effugerent et cum persuasisset, et ipsa se interemit.*

1.- Cuando [el rey] Filipo [V de Macedonia] ordenó buscar a los hijos de aquellos nobles que había encarcelado, para ejecutarlos, Teoxena, temiendo para sus hijos, que aún eran jóvenes, el comportamiento licencioso del rey, ordenó que trajeran una espada y una copa de veneno, les explicó que con la muerte podrían evitar la violencia que les perseguía; habiéndoles convencido, ella se suicidó.

2.- *Certamina inter filios Philippi, Macedoniae regis, Persen et Demetrium, referuntur; et ut fraude fratris sui Demetrius fictis criminibus, inter quae accusatione parricidii et adfectati regni, primum petitus, ad ultimum, quoniam populi R. amicus erat, veneno necatus est, regnumque Macedoniae mortuo Philippo ad Persen venit.*

3.- [183 adC] Hay un relato de la disputa entre los hijos del rey Filipo de Macedonia, Perseo y Demetrio; y cómo por la perfidia de su hermano se levantaron falsas acusaciones contra Demetrio, entre las cuales estaba el intento de parricidio y apoderarse del trono; y cómo fue, finalmente y por ser amigo del pueblo romano, envenenado, de manera que el reino de Macedonia pasaría a Perseo a la muerte de Filipo.

4.- *Item res in Liguribus et Hispania contra Celtiberos a compluribus ducibus feliciter gestas continet. Colonia Aquileia deducta est.*

4.- Además cuenta las campañas victoriosas de varios jefes contra los ligures y los celtíberos en Hispania. Se funda la colonia de Aquileia.

5.- *Libri Numae Pompili in agro L. Petilli scribae sub Ianiculo a cultoribus agri arca lapidea clusi inventi sunt et Graeci et Latini. In quibus cum pleraque dissolvendarum religionum praetor, ad quem delati erant, legisset, iuravit senatui contra rem p. esse ut legerentur servarenturque. Ex S.C. in comitio exusti sunt.*

5.- [181 adC] Los libros en griego y latín de [el rey legendario] Numa Pompilio fueron descubiertos por unos campesinos que trabajaban en el campo del escriba Lucio Petilio, al pie del Janículo, enterrados bajo un arco de piedra. Cuando el pretor a quien se llevaron los textos los hubo leído, descubrió que la mayoría eran peligrosos religiosamente, y dijo al Senado que leer y conservar aquellos libros no era de interés para el Estado. Por orden del Senado, fueron quemados en los Comicios.

6.- *Philippus aegritudine animi confectus, quod Demetrium filium falsis Persei, alterius filii, in eum delationibus impulsus veneno sustulisset, et de poena Persei cogitavit voluitque Antigonum potius, amicum suum, successorem regni sui relinquere, sed in hac cogitatione morte raptus est. Perseus regnum excepit.*

6.- [179 adC] Filipo sufría depresión [¿remordimientos?] porque había envenenado a su hijo Demetrio tras las falsas acusaciones de su otro hijo, Perseo; quería castigarle y prefería dejar el reino a su amigo Antígono, pero en estos pensamientos fue llevado por la muerte y Perseo heredó el trono.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 41-45

[Índice](#)

Ex libro XLI

Del Libro 41

1.- *Ignis in aede Vestae extinctus est.*

1.- Se extingió el fuego en el templo de Vesta.

2.- *Tib. Sempronius Gracchus procos. Celtiberos victos in deditionem accepit, monimentumque operum suorum Gracchurim, oppidum in Hispania, constituit. Et a Postumio Albino procos. Vaccae ac Lusitani subacti sunt. Uterque triumphavit.*

2.- [179 adC] El procónsul Tiberio Sempronio Graco aceptó la rendición de los celtíberos derrotados, y para conmemorar su éxito fundó la ciudad de Gracchuris en Hispania. Y por el procónsul Postumio Albino fueron sometidos los vacceos y lusitanos. Ambos hombres celebraron un triunfo.

3.- *Antiochus, Antiochi filius, obses a patre Romanis datus, mortuo fratre Seleuco qui patri defuncto successerat, in regnum Syriae ab urbe dimissus. Qui praeter religionem, qua multa templa magnifica multis sociis fecit, Athenis Iovis Olympi et Antiochiae Capitolini, vilissimum regem egit.*

3.- [175 adC] Antíoco [IV Epifanes], el hijo que fue entregado como rehén a los romanos por Antíoco [III el Grande], fue enviado al reino de Siria a la muerte de su hermano Seleuco [IV Filopator], a quien su padre había dejado el reino. Él se había vuelto muy mal rey, excepto en lo tocante a religión, pues construyó muchos y espléndidos templos en los países de sus aliados, como el de Júpiter Olímpico en Atenas y el de Júpiter Capitolino en Antioquía.

4.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCLVIII milia CCXCIII.*

Los censores llevaron a cabo el ritual lústrico del censo. Se censaron 258 294 ciudadanos.

Q. Voconius Saxa tr. pl. legem tulit, nequis mulierem heredem institueret. Suasit legem M. Cato. (Extat oratio eius.)

4.- El tribuno de la plebe, Quinto Voconio Saxa presentó una ley que prohibía heredar a las mujeres. Marco [Porcio] Catón defendió esta ley. (Aún existe su discurso)

5.- *Praeterea res adversus Liguras et Histros et Sardos et Celtiberos a compluribus ducibus prospere gestas et initia belli Macedonici continet, quod Perseus, Philippi filius, moliebatur. Miserat ad Carthaginienses legationem et ab his nocte audita erat. Sed et alias Graeciae civitates sollicitabat.*

5.- También relata las guerras victoriosas de varios líderes contra los ligures, los histrios, los sardos y los celtíberos, y el comienzo de la Guerra Macedónica, que fue provocada por el rey Perseo, hijo de Filipo. Él envió una embajada a los cartagineses que fue recibida durante la noche, aunque también pidió ayuda a las ciudades griegas.

[Índice](#)

Ex libro XLII Del Libro 42

1.- *Q. Fulvius Flaccus censor templum Iunonis Lacinae tegulis marmoreis spoliavit, ut aedem, quam dedicabat, tegetet. Tegulae ex S.C. reportatae.*

1.- [173 adC] El censor Quinto Fulvio Flaco quitó las planchas de mármol del templo de Junio Lacinia que cubrían el templo que él había dedicado. Las planchas fueron devueltas por orden del Senado.

2.- *Eumenes, Asiae rex, in senatu de Perseo, Macedoniae rege, questus est, cuius iniuriae in populum R. referuntur. Ob quas bello ei indicto P. Licinius Crassus cos., cui mandatum erat, in Macedoniam transiit levibusque expeditionibus, equestribus proeliis, in Thessalia cum Perseo [felici] eventu pugnavit.*

2.- [172 adC] El rey Eumenes [II Soter] de Asia fue interrogado en el Senado sobre [el rey] Perseo de Macedonia, cuyos actos injustos contra el pueblo romano ya han sido relatados. Por todo ello, se le declaró la guerra y el cónsul Publio Licinio Craso, a quien se le ordenó hacerlo, marchó a Macedonia y [con éxito] luchó con Perseo en pequeñas expediciones y combates de caballería en Tesalia.

3.- *Inter Masinissam et Carthaginenses de agro fuit lis. Dies his a senatu ad disceptandum datus.*

3.- Hubo una disputa entre [el rey] Masinisa [de Numidia] y los cartagineses sobre una porción de tierra. El Senado les propuso un día para discutir el problema.

4.- *Legati missi ad socias civitates regesque rogandos ut in fide permanerent, dubitantibus Rhodiis.*

4.- [171 adC] Se enviaron embajadores a las ciudades aliadas y a los reyes para solicitar que permaneciesen leales [a Roma]. Los Rodienses dudaron.

5.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCLXVII milia CCXXXI.*

5.- Los censores celebraron el ritual lústrico del censo. Se censaron 267 231 ciudadanos.

6.- *Res praeterea adversus Corsos et Liguras prospere gestas continet.*

6.- También se cuentan cosas sobre las guerras victoriosas contra los corsos y los ligures.

Índice

Ex libro XLIII Del Libro 43

1.- *Praetores aliquot eo quod avarae et crudeliter provincias administraverant, damnati sunt.*

1.- Varios pretores fueron condenados por haber gobernado sus provincias con avaricia y crueldad.

2.- *P. Licinius Crassus procos. complures in Graecia urbes expugnavit et crudeliter corripuit. Ob id captivi qui ab eo sub corona venierant ex S.C. postea restituti sunt. Item a praefectis classium Romanarum multa impotenter in socios facta.*

2.- El procónsul Publio Licinio Craso tomó varias ciudades griegas y las saqueó cruelmente. Por esto, los

cautivos que había vendido como esclavos fueron luego liberados por un decreto senatorial. Los prefectos de la armada romana también se comportaron sin moderación con los aliados.

3.- *Res a Perse rege in Thracia prospere gestas continet victis Dardanis et Illyrico, cuius rex erat Gentius.*

3.- También se relatan cosas sobre las guerras victoriosas del rey Perseo [de Macedonia], quien derrotó a los dardanienses e ilíricos, que estaban gobernados por el rey Gentio.

4.- *Motus, qui in Hispania ab Olonico factus erat, ipso interempto consedit.*

4.- [170 adC] El alboroto causado en Hispania por Olonico terminó al resultar muerto.

5.- *M. Aemilius Lepidus a censoribus princeps senatus lectus.*

6.- [169 adC] Los censores eligieron a Marco Emilio Lépido como príncipe del Senado.

Índice

Ex libro XLIV

Del Libro 44

1.- *Q. Marcius Philippus per invios saltus penetravit Macedoniam et complures urbes occupavit.*

1.- Quinto Marcio Filipo entró en Macedonia a través de un desfiladero inaccesible y capturó varias ciudades.

2.- *Rhodii miserunt legatos Romam minantes ut Perseo auxilio essent, nisi populus R. cum illo pacem atque amicitiam iungeret. Indigne id latum. Cum id bellum L. Aemilio Paulo, sequentis anni cos. iterum mandatum esset, Paulus in contione precatu ut, quidquid diri populo R. immineret, in suam domum converteretur, et in Macedoniam profectus vicit Persen totamque Macedoniam in potestatem redegit. Antequam confligeret, praedixit exercitui ne miraretur quod luna proxima nocte defectura erat.*

2.- Los rodienses enviaron embajadores amenazando con apoyar [al rey] Perseo [de Macedonia] si el pueblo romano no concluía un tratado de paz y amistad con ellos, lo que provocó indignación. [168 adC] Cuando, durante el año siguiente, se dio el mando de la guerra a Lucio Emilio Paulo, cónsul por segunda vez, Paulo, tras haber declarado públicamente que cualquier amenaza contra el pueblo de Roma lo era también contra su casa, marchó a Macedonia, derrotó completamente a Perseo y ocupó toda Macedonia. Antes de la batalla [de Pidna], dijo a su ejército que no debían sorprenderse si la Luna se eclipsaba durante la noche [21 de junio 168 adC].

3.- *Gentius quoque, rex Illyricorum, cum rebellasset, a L. Anicio praetore victus venit in deditionem et cum uxore ac liberis et propinquis Romam missus.*

3.- Cuando el rey Gencio de los ilíricos se rebeló, fue también derrotado por el pretor Lucio Anicio, se rindió con su mujer e hijos y familiares y fue enviado a Roma..

4.- *Legati Alexandrini a Cleopatra et Ptolemaeo regibus venerunt querentes de Antiocho, rege Syriae, quod is bellum inferret.*

4.- Fueron enviados embajadores desde Alejandría en nombre de la reina Cleopatra [II] y del rey

Tolomeo [VI Filometor], para quejarse del rey Antíoco [IV Epifanes], quien les había atacado.

5.- Perseus sollicitatis in auxilium Eumene, rege Pergami, et Gentio, rege Illyricorum, quia iis pecuniam quam promiserat non dabat, relictus ab his est.

5.- Cuando Perseo, que había pedido ayuda al rey Eumenes [II Soter] de Pérgamo y al rey Gencio de Iliria, no pagó el dinero que les prometió, fue abandonado por ellos.

Índice

Ex libro XLV

Del Libro 45

1.- Perseus ab Aemilio Paulo in Samothace captus est.

1.- Perseo fue capturado por Emilio Paulo en Samotracia.

2.- Cum Antiochus, Syriae rex, Ptolemaeum et Cleopatram, Aegypti reges, obsideret et missis ad eum a senatu legatis, qui iuberent ab solo regis absisteret, editisque mandatis consideraturum se quid faciendum esset, respondisset, unus ex legatis Popilius virga regem circumscrispsit iussitque, ante quam circulo excederet, responsum daret. Qua asperitate effecit ut Antiochus bellum omitteret.

2.- Cuando el rey Antíoco [IV Epifanes] de Siria, atacó al rey Tolomeo [VI Filometor] y a la reina Cleopatra [II] de Egipto, y se le enviaron embajadores por el Senado para ordenarle abandonar el país de Tolomeo, el rey Antíoco recibió el mensaje y respondió que consideraría qué hacer, uno de los embajadores, Popilio, dibujó un círculo alrededor del rey con su bastón y ordenó que el rey debería responder antes de dejar el círculo. A consecuencia de este comportamiento descortés, Antíoco abandonó la guerra.

3.- Legationes gratulantium populorum atque regum in senatu admissae, Rhodiorum, qui eo bello contra populum R. faverant, exclusa. Postera die cum de eo quaereretur ut his bellum indiceretur, causam in senatu patriae suae legati egerunt; nec tamquam socii, nec tamquam hostes dimissi.

3.- [167 adC] Se permitió a los embajadores de las naciones y de los reyes que felicitasen en el Senado [a Roma por su victoria en Macedonia], pero los rodienses fueron excluidos porque estuvieron contra el pueblo romano durante esta guerra. Cuando al día siguiente se discutió sobre una declaración de guerra, los embajadores suplicaron por su país y fueron devueltos ni como aliados ni como enemigos.

4.- Macedonia in provinciae formam redacta Aemilius Paulus repugnantibus militibus ipsius propter minorem praedam et contradicente Servio Sulpicio Galba triumphavit et Persen cum tribus filiis duxit ante currum. Cuius triumpho laetitia ne solida ei contingeret, duorum filiorum funeribus insignita est, quorum alterius mors triumphum patris praecessit, alterius secuta est.

4.- Cuando Macedonia hubo sido organizada como provincia, Emilio Paulo celebró un triunfo aunque sus propios soldados estaban en contra porque habían recibido poco botín, y Servio Sulpicio Galba también estaba en contra; Perseo y sus tres hijos desfilaron por delante del carro. Y como para asegurarse de que Paulo no disfrutaría completamente con su triunfo, éste se celebró entre los funerales de sus dos hijos: uno de ellos muerto antes del triunfo y el otro después.

5.- Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCCXII milia DCCCV.

5.- Los censores celebraron la ceremonia lústrica del censo. Se censaron 312,805 ciudadanos.

6.- *Prusias, Bithyniae rex, Romam, ut senatui gratias ageret ob victoriam ex Macedonia partam, venit et Nicomedem filium senatui commendavit. Rex plenus adulationis libertum se populi R. dicebat.*

6.- El rey Prusias [II] de Bitinia vino a Roma para agradecer al Senado su victoria sobre Macedonia y recomendó a su hijo Nicomedes al Senado. El rey, que estaba lleno de admiración, se declaró liberto del pueblo romano.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 46-47

[Índice](#)

Ex libro XLVI

Del Libro 46

1.- *Eumenes rex Romam venit, qui Macedonico bello medium egerat. Ne aut hostis iudicatus videretur, si exclusus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur, in commune lex lata est ne cui regi Romam venire liceret.*

1.- El rey Eumenes [II Soter de Asia], que había tenido un comportamiento ambiguo durante la Guerra Macedónica, vino a Roma. Para prevenir que al llegar fuera considerado un enemigo, si no se le permitía entrar, o que se le exonerase, si se le dejaba, se aprobó una ley general para que a ningún rey le fuese permitido entrar en Roma.

2.- *Claudius Marcellus cos. Alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus cos. Liguras subegit.*

2.- El cónsul Claudio Marcelo somete a los galos alpinos y el cónsul Gayo Sulpicio a los galos ligures.

3.- *Legati Prusiae regis questi sunt de Eumene quod fines suos popularetur dixeruntque eum conspirasse cum Antiocho adversus populum R. Societas cum Rhodiis deprecantibus iuncta est.*

3.- Embajadores del rey Prusias se quejaron de que Eumenes asoló su territorio y dijeron que había conspirado con Antíoco [IV Epifanes] contra el pueblo romano. A su requerimiento, se concluyó una alianza con los rodienses.

4.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCCXXXVII milia XXII. Princeps senatus M. Aemilius Lepidus.*

4.- [164 adC] Los censores celebraron la ceremonia lústrica del censo. Fueron censados 337 022 ciudadanos. Fue príncipe del Senado Marco Emilio Lépido.

5.- *Ptolemaeus, Aegypti rex, pulsus regno a minore fratre missis ad eum legatis restitutus est.*

5.- Cuando el rey Tolomeo [VI Filometor] fue expulsado de su reino por su hermano menor [Tolomeo VIII Evergetes Fiscon], se enviaron embajadores al último y el primero fue restituido.

6.- *Ariarathe, Cappadociae rege, mortuo filius eius Ariarathes regnum accepit et amicitiam cum populo R. per legatos renovavit.*

6.- [163 adC] Cuando Ariarathes [IV Eusebio], rey de Capadocia, murió, su hijo Ariarathes [V Filopator] aceptó el reino y renovó la amistad con el pueblo romano a través de embajadores.

7.- *Res praeterea adversus Liguras et Corsos et Lusitanos vario eventu gestas et motus Syriae mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. Hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore Demetrius, Seleuci filius, qui Romae obses fuerat, clam, quia non dimittebatur, a Roma [profugus] interemit et ipse in regnum receptus.*

7.- También contiene una relación de varias batallas con distintos desenlaces contra los ligures, corsos y lusitanos; y una relación de los disturbios en Siria tras la muerte de Antíoco [IV Epifanes: 164 adC], quien dejó un hijo llamado Antíoco [V Eupator], un simple muchacho. [162 adC] Junto con su tutor Lisias, este muchacho Antíoco fue muerto por Demetrio [I Soter], el hijo de Seleuco [IV Filopator], quien había estado en Roma como rehén y huyó en secreto de Roma porque no había sido liberado, y fue aceptado en este reino.

8.- *L. Aemilius Paulus, qui Persen vicerat, mortuus. Cuius tanta abstinencia fuit ut cum ex Hispania et ex Macedonia immensas opes rettulisset, vix ex auctione eius redactum sit, unde uxori eius dos solveretur.*

8.- Lucio Emilio Paulo, el que había derrotado a Perseo, murió. Aunque había traído inmensos tesoros de Hispania y Macedonia, su escrupulosidad fue tan grande que, al efectuarse una subasta, apenas se pudo reunir la dote de su esposa.

9.- *Pomptinae paludes a Cornelio Cethego cos., cui ea provincia evenerat, siccatae agerque ex his factus.*

9.- [160 adC] Las lagunas pontinas fueron drenadas por el cónsul Cornelio Cetego, a quien se asignó esta tarea, y convertidas en tierras de labor.

Índice

Ex libro XLVII

Del Libro 47

1.- *Cn. Tremellio pr. multa dicta est, quod cum M. Aemilio Lepido, pontifice maximo, iniuriose contenderat sacrorumque quam magistratum ius potentius fuit.*

1.- El pretor Gneo Tremelio fue multado, porque se había opuesto ilegalmente al pontífice máximo Marco Emilio Lépido. Las quejas de las autoridades religiosas fueron más poderosas que el poder de los magistrados.

2.- *Lex de ambitu lata.*

2.- [159 adC] Se promulga una ley contra el soborno.

3.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCCXXVIII milia CCCXVI. Princeps senatus lectus Aemilius Lepidus.*

3.- Los censores celebraron la ceremonia lústrica del censo. Se censaron 328 316 ciudadanos. El príncipe del Senado fue Marco Emilio Lépido.

4.- *Inter Ptolemaeos fratres, qui dissidebant, foedus ictum, ut alter Aegypti, alter Cyrenis regeret.*

4.- Se negoció un tratado entre los dos hermanos Tolomeos. Uno rigió Egipto y el otro Cirene.

5.- *Ariarathes, Cappadociae rex, consilio Demetri, Syriae regis, et viribus pulsus regno a senatu restitutus est.*

5.- El rey Ariarathes [V Filopator] de Capadocia, que había sido expulsado de su reino por iniciativa y con tropas del rey Demetrio [I Soter] de Siria, fue restituido por el Senado.

6.- *Missi a senatu qui inter Masinissam et Carthaginienses de agro iudicarent.*

6.- El Senado envió una delegación para mediar una disputa fronteriza entre Masinisa y los cartagineses.

7.- *C. Marcius cos. adversus Dalmatas primum parum prospere, postea feliciter pugnavit. Cum quibus bello conflagendi causa fuit quod Illyrios, socios populi R., vastaverant; eandemque gentem Cornelius Nasica cos. domuit.*

7.- [156 adC] El cónsul Gayo Marcio [Fígulo] luchó contra los dálmatas, al principio sin éxito y luego con más suerte. El motivo para ir a la guerra fue que ellos habían atacado a los ilirios, aliados del pueblo romano; [155] el cónsul Cornelio Nasica sometió a los dálmatas.

8.- *Q. Opimius cos. Transalpinos Liguras, qui Massiliensium oppida, Antipolim et Nicaeam, vastabant, subegit.*

8.- [154 adC] El cónsul Quinto Opimio sometió a los ligures transalpinos, que habían atacado a los masalotas, Antípolis y Niza.

9.- *Praeterea res in Hispania a compluribus parum prospere gestas continet.*

9.- También contiene relaciones de varias campañas sin éxito en Hispania a cargo de varios jefes.

10.- *Consules anno quingentesimo nonagesimo octavo ab urbe condita magistratum kal. ian. inire coeperunt. Mutandi comitia causa fuit quod Hispani rebellabant.*

10.- En el quingentésimo nonagésimo octavo (598) año tras la fundación de la ciudad, los cónsules empezaron a tomar posesión de su cargo el 1º de enero. La causa de este cambio en la fecha de las elecciones fue una rebelión en Hispania.

11.- *Legati ad disceptandum inter Carthaginienses et Masinissam missi nuntiaverunt vim navalis materiae se Carthagine deprehendisse.*

11.- Embajadores enviados para negociar entre los cartagineses y Masinisa informaron de que habían visto gran cantidad de material naval en Cartago.

12.- *Aliquot praetores a provinciis avaritiae nomine accusati damnati sunt.*

12.- Varios pretores fueron acusados por avaricia y condenados.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 48-50

Índice

Ex libro XLVIII

Del Libro 48

1.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCCXXVIII milia.*

1.- [154 adC] Los censores celebraron la ceremonia lústrica del censo. Se censaron 324 000 ciudadanos.

2.- *Semina tertii Punici belli referuntur. Cum in finibus Carthaginiensium ingens Numidarum exercitus duce Arcobarzane, Syphacis nepote, diceretur esse, M. Porcius Cato suavit ut Carthaginiensibus, qui exercitum specie contra Masinissam, re contra Romanos accitum in finibus haberent, bellum indiceretur. Contra dicente P. Cornelio Nasica placuit legatos mitti Carthaginem, qui specularentur quid ageretur. Castigato senatu Carthaginiensium, quod contra foedus et exercitum et navales materias haberent, pacem inter eos et Masinissam facere voluerunt, Masinissa agro, de quo lis erat, cedente. Sed Gisgo, Hamilcaris filius, homo seditiosus qui tum in magistratu erat, cum senatus pariturum se iudicio legatis dixisset, ita populum concitavit bellum adversus Romanos suadendo, ut legatos, quo minus violarentur, fuga explicuerit. Id nuntiantes infestum iam senatum Carthaginiensibus infestiosem fecerunt.*

2.- Se describen las causas de la Tercera Guerra Púnica. Se dijo que un gran ejército númera, mandado por Arcobarzanes, hijo de Sifax, estaba en suelo cartaginés y Marcon Porcio Catón arguyó que aunque estas fuerzas estaban dirigidas ostensiblemente contra Masinisa, de hecho lo estaban también contra el pueblo romano y que, por lo tanto, debía ser declarada la guerra. Publio Cornelio Nasica defendió lo contrario y se acordó enviar embajadores a Cartago para ver qué estaba ocurriendo. Reprendieron al Senado cartaginés porque había, contrariamente al tratado, reunido un ejército y pertrechos para construir buques, y le propusieron hacer la paz entre Cartago y Masinisa, pues Masinisa estaba evacuando la tierra ocupada. Pero Gisgón, hijo de Amílcar, un hombre revoltoso que ocupaba una magistratura, provocó al populacho para guerrear contra los romanos; de modo que cuando el Senado [cartaginés] anunció que cumpliría con los deseos romanos, los embajadores hubieron de huir para escapar de la violencia. Cuando contaron esto, hicieron que el Senado [romano], ya hostil a los cartagineses, incrementara su hostilidad.

3.- *M. Porcius Cato filii in praetura mortui funus tenuissimo ut potuit (nam pauper erat) sumptu fecit.*

3.- Marco Porcio Catón dio a su hijo, muerto durante su pretura, un funeral barato, de acuerdo a sus medios (pues era pobre).

4.- *Andriscus, qui se Persei filium, regis quondam Macedoniae, ingenti adseveratione mentiretur, Romam missus.*

4.- Andrisco, quien pretendía insistentemente ser el hijo de Perseo, el antiguo rey de Macedonia, fue enviado a Roma.

5.- *M. Aemilius Lepidus, qui princeps senatus sextis iam censoribus lectus erat, antequam expiraret, praecepit filiis lecto se strato linteis sine purpura efferrent, in reliquum funus ne plus quam aeris decies consumerent: imaginum specie, non sumptibus nobilitari magnorum virorum funera solere.*

5.- Antes de morir, Marco Emilio Lépido, que había sido elegido príncipe del Senado por seis parejas de censores, ordenó a sus hijos que llevaran su féretro a la pira cubierto de lienzos sin púrpura, y que no gastaran más de un millón en el resto: las imágenes [de sus ancestros] y no la suntuosidad ennoblecerían los funerales de un hombre grande.

6.- *De veneficiis quaesitum. Publilia et Licinia, nobiles feminae, quae viros suos consulares necasse insimulabantur, cognita causa, cum praetori praedes vades dedissent, cognatorum decreto necatae sunt.*

6.- Hubo una investigación sobre envenenamientos. Las mujeres nobles Publilia y Licinia fueron acusadas de asesinar a sus maridos, antiguos cónsules; tras la audiencia, encomendaron sus haciendas al pretor como fianza, pero fueron ejecutadas por decisión de sus familiares.

7.- *Gulussa, Masinissae filius, nuntiavit Carthagine dilectus agi, classem comparari et haud dubie bellum strui. Cum Cato suaderet ut his bellum indiceretur, P. Cornelio Nasica dicente nihil temere faciendum, placuit X legatos mitti exploratum.*

7.- Gulussa, el hijo de Masinisa, declaró que Cartago había efectuado una leva, que había construido una armada y que, sin ninguna duda, se estaban preparando para la guerra. Cuando Catón arguyó que se debía declarar la guerra y Publio Cornelio Nasica que era mejor no apresurarse, se decidió enviar embajadores a investigar.

8.- *L. Licinius Lucullus A. Postumius Albinus coss. cum dilectum severe agerent nec quemquam gratia dimitterent, ab tribunis pl., qui pro amicis suis vacationem impetrare non poterant, in carcerem coniecti sunt.*

8.- [151 adC] Cuando los cónsules Lucio Licinio Lúculo y Aulo Postumio Albino reclutaron su ejército con gran rigor y sin favorecer a ninguno con excepciones, fueron puestos en prisión por los tribunos de la plebe que no pudieron obtener exenciones para sus amigos.

9.- *Cum Hispaniense bellum parum prospere aliquotiens gestum ita confudisset civitatem Romanam, ut ne hi quidem invenirentur qui aut tribunatum exciperent aut legati ire vellent, P. Cornelius Aemilianus processit et excepturum se militiae genus, quodcumque imperatum esset, professus est. Quo exemplo omnes ad studium militandi concitavit.*

9.- La Guerra Hispana había sido conducida sin éxito y provocaba tan gran confusión entre los ciudadanos romanos que ninguno quería ir como tribuno o legado; pero Publio Cornelio [Escipión] Emiliano avanzó y dijo que aceptaría cualquier tarea militar que se le encomendara. Este ejemplo aumentó el entusiasmo por la guerra.

10.- *Lucullus cos., cum Claudius Marcellus, cui successerat, pacasse omnes Celtiberiae populos videretur, Vaccaeos et Cantabros et alias incognitas adhuc in Hispania gentes subegit. Ibi P. Cornelius Scipio Aemilianus, L. Pauli filius, Africani nepos, set adoptivus, provocatorem barbarum tribunus militum occidit et in expugnatione Intercatiae urbis maius etiam nunc periculum adiit. Nam murum primus transcendit.*

10.- Aunque Claudio Marcelo parecía haber pacificado todas las naciones celtíberas, su sucesor, el cónsul Lúculo, sometió a los vacceos y cántabros y varios otros pueblos de Hispania, desconocidos hasta ahora. Aquí, el tribuno Publio [Emilio] Paulo, el hijo de Lucio [Emilio] Paulo y nieto del [Publio Cornelio Escipión] Africano (aunque por adopción), mató a un desafiante bárbaro, y arrostró aún mayor peligro cuando fue asaltada la ciudad de Intercatia, pues fue el primero en escalar la muralla.

11.- *Servius Sulpicius Galba praetor male adversus Lusitanos pugnavit.*

11.- El pretor Servio Sulpicio luchó sin éxito contra los lusitanos.

12.- Cum legati ex Africa cum oratoribus Carthaginiensium et Gulussa, Masinissae filio, redissent dicerentque et exercitum se et classem Carthagineprehendisse, perrogari sententias placuit. Catone et aliis principibus senatus suadentibus ut in Africam confestim transportaretur exercitus, quoniam Cornelius Nasica dicebat nondum sibi iustam causam belli videri, placuit ut bello abstinerent, si Carthaginienses classem exussissent et exercitum dimisissent; si minus, proximi consules de bello Punico referrent.

12.- Los embajadores volvieron de África con enviados cartagineses y Gulusa, el hijo de Masinisa, diciendo que habían visto cómo se armaba un ejército y una armada en Cartago, y se decidió preguntar la opinión [de todos los senadores]. Mientras que Catón y otros influyentes senadores aconsejaban que se enviara un ejército inmediatamente a África, Cornelio Nasica dijo que aún no parecía justificada una guerra y se acordó que se abstendrían de la guerra si los cartagineses quemaban sus buques y despedían a su ejército; si hacían menos de eso, los próximos cónsules llevarían adelante la Guerra Púnica.

13.- Cum locatum a censoribus theatrum exstrueretur, P. Cornelio Nasica auctore tamquam inutile et nociturum publicis moribus ex S.C. destructum est populusque aliquamdiu stans ludos spectavit.

13.- Al construirse un teatro, contratado por los censores, Publio Cornelio Nasica fue el autor de un decreto senatorial que decía que este edificio, tan inútil y peligroso para la moral pública, debería ser destruido; el pueblo hubo de esperar algún tiempo antes de ver actuaciones teatrales.

14.- Carthaginienses cum adversus foedus bellum Masinissae intulissent, victi ab eo annos habente XCII et sine pulpamine mandere et siccum gustare panem tantum solito insuper Romanum bellum meruerunt.

14.- Cuando los cartagineses declararon la guerra a Masinisa, y rompieron el tratado, fueron vencidos por este hombre (que tenía noventa y dos años y solía comer pan sin apetito y beber sin sed) y cayeron en una guerra contra los romanos.

15.- Motus praeterea Syriae et bella inter reges gesta referuntur. Inter quos motus Demetrius, Syriae rex, occisus est.

15.- También cuenta cosas sobre la situación en Siria y la guerra entre sus reyes. [150 adC] En este desorden, fue muerto el rey de Siria Demetrio [I Soter].

Índice

Ex libro II

Del Libro 49

1.- Tertii Punici belli initium altero et sescentesimo ab urbe condita anno, intra quintum annum, quam erat coeptum, consummati.

1.- [149 adC] El comienzo de la Tercera Guerra Púnica fue el sexcentésimo segundo año de la fundación de Roma, y llegó a su final a los cinco años de su comienzo.

2.- Inter M. Porcium Catonem et Scipionem Nasicam, quorum alter sapientissimus vir in civitate habebatur, alter optimus vir etiam iudicatus a senatu erat, diversis certatum sententiis est, Catone

suadente bellum et ut tolleretur delereturque Carthago, Nasica dissuadente. Placuit tamen, quod contra foedus naves haberent, quod exercitum extra fines duxissent, quod socio populi R. et amico Masinissae arma intulissent, quod filium eius, Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepissent, bellum his indici.

2.- Entre Marco Porcio Catón y Escipión Nasica, de los que el primero era el hombre más inteligente de la ciudad y el segundo estaba considerado el mejor hombre del Senado, hubo un debate por sus opiniones opuestas; Catón apoyaba la guerra, destrucción y saqueo de Cartago y Nasica estaba en contra. Se decidió declarar la guerra a Cartago porque los cartagineses tenían, contrariamente al tratado, barcos, porque habían enviado un ejército fuera de su territorio, porque habían guerreado contra Masinisa, un aliado y amigo del pueblo romano, y porque habían rechazado recibir en su ciudad al hijo de Masinisa, Gulusa (que iba con los embajadores romanos).

3.- Prius quam ullae copiae in naves imponerentur, Uticensis legati Romam venerunt se suaque omnia dedentes. Ea legatio velut omen grata patribus, acerba Carthaginensibus fuit.

3.- Antes de haber embarcado ninguna tropa, llegaron embajadores de Útica a Roma, para rendirse con todo lo que tenían. Esta embajada fue recibida como un buen presagio por los senadores y como un mal presagio en Cartago.

4.- Ludi Diti patri ad Tarentum ex praecepto librorum facti, qui ante annum centesimum primo Punico bello, quingentesimo et altero anno ab urbe condita facti erant.

4.- Los juegos del Dios Padre tuvieron lugar en Tarento, de acuerdo con los Libros [Sibilinos]. Festividades similares se habían celebrado cien años antes, al comienzo de la Primera Guerra Púnica, en el quingentésimo segundo año desde la fundación de la ciudad.

5.- Legati XXX Romam venerunt, per quos se Carthaginenses dedebant. Catonis sententia evicit ut in decreto perstaretur et ut consules quam primum ad bellum profiscerentur. Qui ubi in Africam transierunt, acceptis quos imperaverant CCC obsidibus et armis omnibus instrumentisque belli, si qua Carthagine erant, cum ex auctoritate patrum iuberent, ut in alium locum, dum a mari X milia passuum ne minus remotum, oppidum facerent, indignitate rei ad bellandum Carthaginenses compulerunt.

5.- Treinta embajadores llegaron a Roma para rendir Cartago. Prevalció la opinión de Catón de que la declaración de guerra debía mantenerse y que los cónsules, como se había acordado, deberían ir al frente. Cuando hubieron cruzado a África, recibieron los trescientos rehenes que pidieron y todas las armas y máquinas de guerra que hubiera en Cartago, y demandaron a las autoridades del Senado cartaginés que los cartagineses reconstruyesen su ciudad en otro sitio, distante no menos de diez millas [14,8 km] del mar. Tales demandas indignas forzaron a los cartagineses a la guerra.

6.- Obsideri obpugnarique coepta est Carthago a L. Marcio M'. Manilio coss. In qua obpugnatione cum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus suis inrupissent et ab oppidanis graviter caederentur, a Scipione Orfiniato expliciti sunt. Per quem et castellum Romanorum, quod nocte expugnabant, paucis equitibus iuventibus liberatum est castrorumque, quae Carthaginenses omnibus copiis ab urbe pariter egressi obpugnabant, liberatorum is ipse praecipuam gloriam tulit.

6.- El comienzo del asedio y el ataque a Cartago fue organizado por los cónsules Lucio Marcio [Censorino] y Manio Manilio. Durante el asedio, dos tribunos irrumpieron temerariamente con sus cohortes por un trozo de muralla poco defendido, sufriendo gravemente el ataque de los habitantes, pero fueron ayudados por Escipión Orfiniato [Africano]. Con ayuda de unos pocos de caballería, también liberó una fortaleza romana que había sido atacada durante la noche, y recibió la mayor gloria por la

liberación de campamentos fortificados romanos que los cartagineses, saliendo en fuerza desde su ciudad, habían atacado fuertemente.

7.- Praeterea cum ab irrita obpugnatione Carthagini consul (alter enim Romam ad comitia ierat) exercitum duceret adversus Hasdrubalem (cum ampla manu saltum iniquum insederat) suasit primo consuli ne tam iniquo loco confligeret. Victus deinde conplurium, qui et prudentiae et virtuti eius invidebant, sententiis et ipse saltum ingressus est. Cum, sicut praedixerat, fusus fugatusque esset Romanus exercitus et duae cohortes ab hoste obsiderentur, cum paucis equitum turmis in saltum reversus liberavit eas et incolumes reduxit. Quam virtutem eius et Cato, vir promptioris ad vituperandum linguae, in senatu sic prosecutus est ut diceret reliquos, qui in Africa militarent, umbras volitare, Scipionem vigere, et populus R. eo favore complexus ut comitiis plurimae eum tribus consulem scriberent, cum hoc per aetatem non liceret.

7.- Además, cuando el cónsul (su colega había vuelto a Roma para los comicios) condujo el ejército contra Asdrúbal (que había ocupado con muchas tropas un paso inaccesible), él [Escipión Orfiniato] convenció al cónsul para no atacar en ese lugar inaccesible. Sin embargo, las opiniones de los demás, envidiosos de su inteligencia y valor, prevalecieron y él mismo entró en el paso; y cuando - como había predicho- el ejército romano fue derrotado y puesto en huida y dos cohortes fueron cercadas por el enemigo, él regresó con unas pocas turmas de caballería, les liberó y las devolvió sin daño. En el Senado, su valor fue elogiado incluso por Catón, un hombre cuya lengua estaba mejor dotada para la crítica, pero que ahora dijo que los otros que luchaban en África eran simples sombras mientras que Escipión estaba vivo; el pueblo de Roma le recibió con tanto entusiasmo que la mayoría de las tribus le eligieron cónsul, aunque no tenía la edad para ello.

8.- Cum L. Scribonius tr. pl. rogationem promulgasset, ut Lusitani, qui in fidem populo R. dediti ab Servio Galba in Galliam venissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrime suasit. (Extat oratio in Annalibus ipsius inclusa.) Q. Fulvius Nobilior ei, saepe ab eo in senatu laceratus, respondit pro Galba; ipse quoque Galba cum se damnari videret, complexus duos filios praetextatos et Sulpicii Galli filium, cuius tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est ut rogatio antiquaretur. (Exstant tres orationes eius, duae adversus Libonem tr. pl. rogationemque eius habitae de Lusitanis, una contra L. Cornelium Cethegum, in qua Lusitanos prope se castra habentis caesos fatetur, quod compertum habuerit, equo atque homine suo ritu immolatis per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse.)

8.- Cuando Lucio Escribonio, un tribuno de la plebe, propuso una ley para que los lusitanos, que se habían rendido al pueblo romano pero habían sido vendidos [como esclavos] por Servio [Sulpicio] Galba en la Galia, fuesen liberados, Marco Porcio Catón le apoyó enérgicamente (su discurso aún existe y está incluido en sus Anales). Quinto Fulvio Nobilior, que a menudo había sido atacado por Catón en el Senado, habló a favor de Galba; y el propio Galba, viendo que estaba a punto de ser condenado, abrazando a sus dos hijos pequeños y al de Sulpicio Galo, que estaba a su cuidado, se hizo tan digno de lástima en su defensa que el caso fue sobreseído. (Tres de sus discursos aún existen: dos contra el tribuno Libo en el caso de la Lusitania, y uno contra Lucio Cornelio Cetego, en el que admite que durante una tregua masacró a los lusitanos cerca de su campamento porque, como explica, descubrió que habían sacrificado un hombre y un caballo, lo que de acuerdo con su costumbre significaba que se preparaban para atacar).

9.- Andriscus quidam, ultimae sortis homo, Persei se regis filium ferens et mutato nomine Philippus vocatus cum ab urbe Romana, quo illum Demetrius, Syriae rex, ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset, multis ad falsam eius fabulam (velut ad veram) coeuntibus, contracto exercitu totam Macedoniam aut voluntate incolentium aut armis occupavit.

9.- Un cierto Andrisco, hombre de la última clase, fingiendo ser hijo del rey Perseo, cambió su nombre

por Filipo y huyó secretamente de la ciudad de Roma, a la que había sido enviado por el rey Demetrio [I Soter] de Siria, precisamente por tal mentira; mucha gente fue atraída por esta falsa historia (como si fuese verdad), reunió un ejército y ocupó toda Macedonia, tanto si la gente quería como si no.

10.- Fabulam autem talem finxerat: ex paelice se et Perseo rege ortum traditum educandum Cretensi cuidam esse, ut in belli casus quod ille cum Romanis gereret, aliquod velut semen regiae stirpis exstaret. Hydramyti se educatum usque ad XII aetatis annum, patrem eum esse credentem a quo educaretur, ignarum generis fuisse sui. Adfecto deinde eo, cum prope ad ultimum finem vitae esset, detectam tandem sibi originem suam falsaeque matri libellum datum signo Persei regis signatum, quem sibi traderet, cum ad puberem aetatem venisset, obtestationesque ultimas adiectas, ut res in occultato ad id tempus servaretur. Pubescenti libellum traditum in quo relictis sibi duo thesauri a patre dicerentur. 26 Tum scienti mulierem se subditum esse, veram stirpem ignoranti edidisse genus atque obtestatam, ut prius quam manaret ad Eumenen res, Perseo inimicum, excederet his locis, ne interficeretur. Eo se exterritum, simul sperantem aliquod a Demetrio auxilium in Syriam se contulisse atque ibi primum quis esset palam expromere ausum.

10.- Contaba la siguiente historia: nacido hijo del rey Perseo y de una concubina, había sido encomendado para su educación a cierto cretense para que, en esa situación de guerra contra los romanos, algún vástago de estirpe real pudiera sobrevivir. Sin saber de su familia y creyendo que el hombre que le enseñaba era su padre, había sido educado en Edremit hasta que tuvo doce años. Cuando este hombre cayó enfermo y estaba cerca del final de su vida, contó su origen a Andrisco y dió a su "madre" una carta que había sido sellada por el rey Perseo, que debía entregar al muchacho cuando alcanzara la madurez, y el maestro añadió que todo debía quedar en secreto hasta ese momento. Al alcanzar la madurez, Andrisco recibió la carta, por la que aprendió que su padre le había dejado dos tesoros. Hasta entonces, él solo sabía que era un hijo adoptivo y no se había preocupado de su verdadera estirpe; ahora su madre adoptiva le contó cuál era su linaje y le hizo mendigar para evitar ser asesinado, saliendo del país antes de que le alcanzase el nuevo rey Eumenes [II Soter de Pérgamo], un enemigo de Perseo. Atemorizado y esperando obtener ayuda de Demetrio, fue a Siria, donde declaró por vez primera quién era.

Índice

Ex libro L Del Libro 50

1.- Masinissa, Numidiae rex, maior XC annis decessit, vir insignis. Inter cetera iuvenalia opera, quae ad ultimum edidit, adeo etiam nervis in senecta vigit, ut post sextum et octogesimum annum filium genuerit. Inter tres liberos eius (maximus natu Micipsa, Gulussa, Mastanabal, qui etiam Graecis litteris eruditus erat) P. Scipio Aemilianus, cum commune his regnum pater reliquisset et dividere eos arbitro Scipione iussisset, partes administrandi regni divisit.

1.- [148 adC] A los más de noventa años, murió el rey Masinisa de Numidia, un hombre insigne. Era tan vigoroso que entre otras muestras de vigor juvenil dadas en sus últimos años, estaba aún sexualmente activo y tuvo un hijo a los ochenta y seis años. Dejó su reino a sus tres hijos (Micipsa el mayor, Gulussa y Mastanabal, que estaba muy versado en literatura griega), y les ordenó dividirlo de acuerdo con las instrucciones que acordó con Publio [Cornelio] Escipión Emiliano, que les asignó la parte del reino que habrían de regir.

2.- *Item Phameae Hamilconi, praefecto equitum Carthaginensium, viro forti et cuius praecipua opera Poeni utebantur, persuasit ut ad Romanos cum equitatu suo transiret.*

2.- El mismo hombre persuadió a Fameas Himilcón, jefe de la caballería cartaginesa y hombre valeroso y valioso para los cartegineses, para que se uniese a los romanos con sus caballeros.

3.- *Ex tribus legatis qui ad Masinissam missi erant, M. Claudius Marcellus cohorta tempestate fluctibus obrutus est.*

3.- De los tres embajadores que fueron enviados a Masinisa, Marco Claudio Marcelo se ahogó en el mar durante una tempestad.

4.- *Carthaginenses Hasdrubalem, Masinissae nepotem, quem praetorem habebant, hominem prodicionis suspectum, in curia occiderunt; quae suspicio inde manavit, quod propinquus esset Gulussae Romanorum auxilia iuvantis.*

4.- En su sala del Senado, los cartagineses mataron a Asdrúbal, un nieto de Masinisa que servía con ellos como general, porque le creyeron un traidor. Su sospecha se basaba en su relación con Gulussa, el aliado de los romanos.

5.- *P. Scipio Aemilianus cum aedilitatem peteret, consul a populo dictus. Quoniam per annos consuli fieri non licebat, cum magno certamine suffragantis plebis et repugnantibus ei aliquamdiu patribus, legibus solutus et consul creatus.*

5.- Cuando Publio [Cornelio] Escipión Emiliano se presentó para edil, fue elegido cónsul por el pueblo. Al no podersele nombrar legalmente por no tener la edad, hubo una gran disputa entre el pueblo, que estaba a su favor, y los senadores, que se resistieron durante algún tiempo; pero la ley fue suspendida y se le nombró cónsul.

6.- *M'. Manilius aliquot urbes circumpositas Carthagini expugnavit.*

6.- Manio Manlio asoló varias ciudades en los alrededores de Cartago..

7.- *Pseudophilippus in Macedonia, caeso cum exercitu P. Iuventio praetore, ab Q. Caecilio victus captusque est, et revicta Macedonia.*

7.- [147 adC] Tras que el falso Filipo hubiera masacrado al pretor Publio Juventio con todo su ejército en Macedonia, resultó derrotado y capturado por Quinto Cecilio y Macedonia fue sometida nuevamente.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 51-55

Índice

Ex libro LI

Del Libro 51

1.- Carthago, in circuitum XXIII milia patens, magno labore obsessa et per partes capta est; primum a Mancino legato, deinde a Scipione cos., cui extra sortem Africa provincia data erat. Carthaginenses portu novo, quia vetus obstructus a Scipione erat, facto et contracta clam exiguo tempore ampla classe infeliciter navali proelio pugnaverunt. Hasdrubalis quoque, ducis eorum, castra ad Nepherim oppidum loco difficili sita cum exercitu deleta sunt a Scipione, qui tandem expugnavit septingentesimo anno quam erat condita.

1.- Cartago, que tenía un perímetro de veintitrés millas [34 040 metros], fue asediada con mucho esfuerzo y capturada parte a parte; primero por el legado Mancino, luego por el cónsul Escipión [Emiliano], a quien había sido encargado el mando de la provincia de África sin sorteo. Por haber sido bloqueado el viejo puerto por Escipión, los cartagineses abrieron uno nuevo, y rápida y secretamente construyeron una gran flota con la cual lucharon y perdieron una batalla naval. La fortaleza de Asdrúbal, su jefe, sobre un terreno difícil cerca de la ciudad de Néferis, fue también destruida por Escipión quien [146 adC] finalmente capturó la ciudad en el septingentésimo año tras su fundación.

2.- Spoliorum maior pars Siculis, quibus ablata erant, reddita.

2.- La mayor parte del botín fue devuelto a los sicilianos, de quienes había sido obtenido [por los cartagineses].

3.- Ultimo urbis excidio cum se Hasdrubal Scipioni dedisset, uxor eius, quae paucis ante diebus de marito impetrare non potuerat ut ad victorem transfugerent, in medium se flagrantis urbis incendium cum duobus liberis ex arce praecipitavit.

3.- Cuando Asdrúbal se rindió a Escipión durante la fase final del asedio, su esposa, que había -sólo unos días antes- sido incapaz de convencer a su marido para escapar al vencedor, se arrojó junto a sus dos hijos desde la ciudadela a las llamas de la ciudad que ardía.

4.- Scipio exemplo patris sui, Aemili Pauli, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit transfugasque ac fugitivos bestiis obiecit.

4.- Escipión, siguiendo el ejemplo de su padre, el Emilio Paulo que había conquistado Macedonia, organizó juegos y echó traidores y fugitivos a los animales salvajes.

5.- Belli Achaici semina referuntur haec, quod legati Romani ab Achaeis pulsati sint Corinthi, missi ut eas civitates, quae sub ditione Philippi fuerant, ab Achaico concilio secernerent.

5.- Se describen los orígenes de la Guerra Aquea como sigue: En Corinto, embajadores romanos fueron atacados por los aqueos. Esos embajadores habían sido enviados para separar a las ciudades que estaban bajo control de Filipo [V de Macedonia] de la Liga Aquea.

Índice

Ex libro LII Del Libro 52

1.- *Cum Achaeis, qui in auxilio Boeotos et Chalcidenses habebant, Q. Caecilius Metellus ad Thermopylas bello confligit. Quibus victis dux eorum Critolaus mortem sibi veneno conscivit. In cuius locum Diaeus, Achaici motus primus auctor, ab Achaeis dux creatus ad Isthmon a L. Mummius cos. victus est. Qui omni Achaia in deditionem accepta Corinthon ex S.C. diruit, quia ibi legati Romani violati erant. Thebae quoque et Chalcis, quae auxilio fuerant, dirutae. Ipse L. Mummius abstinentissimum virum egit, nec quicquam ex his operibus ornamentisque quae praedives Corinthos habuit in domum eius pervenit.*

1.- En las Termópilas, Quinto Cecilio Metelo combatió contra los aqueos, a quienes apoyaron los boecios y los calcidienses. Tras su derrota, su jefe Critolao se envenenó. En su lugar, Diaeo, el instigador de la revuelta aquea, fue elegido como comandante por los aqueos, y fue derrotado en el Istmo por el cónsul Lucio Mumio. Habiendo recibido la rendición de toda la Acaia y siéndole ordenado por el Senado, saqueó Corinto, donde los embajadores romanos habían sido maltratados. Tebas y Calcis, que habían apoyado a los aqueos, fueron también destruidas. Este Lucio Mumio fue un hombre generoso: ningún objeto de arte y decoración de los que había en la "rica Corinto" entró en su casa.

2.- *Q. Caecilius Metellus de Andrisco triumphavit, P. Cornelius Scipio Aemilianus de Carthagine et Hasdrubale.*

2.- Quinto Cecilio Metelo celebró un triunfo sobre Andrisco, y Publio Cornelio Escipión Emiliano otro sobre Cartago y Asdrúbal.

3.- *Viriathus in Hispania (primum ex pastore venator, ex venatore latro, mox iusti quoque exercitus dux factus) totam Lusitaniam occupavit, M. Vetilium praetorem fuso eius exercitu cepit, post quem C. Plautius praetor nihilo felicius rem gessit; tantumque terroris is hostis intulit ut adversus eum consulari opus esset et duce et exercitu.*

3.- En Hispania, Viriato (quien primero pasó de pastor a cazador, luego a bandido y pronto a jefe de un ejército) ocupó toda la Lusitania, rodeó al ejército del pretor Marco Vetilio y le capturó, tras lo cual el pretor Gayo Plautio luchó sin ninguna suerte. Este enemigo inspiró tanto miedo que se requirió un cónsul con su ejército.

4.- *Praeterea motus Syriae et bella inter reges gesta referuntur. Alexander, homo ignotus et incertae stirpis, occiso, sicut ante dictum est, Demetrio rege in Syria regnabat. Hunc Demetrius, Demetri filius, qui a patre quondam ob incertos belli casus ablegatus Cnidon fuerat, contempta socordia inertiaque eius, adiuvante Ptolemaeo, Aegypti rege, cuius filiam Cleopatram in matrimonium acceperat, bello interemit. Ptolemaeus graviter in caput vulneratus inter curationem, dum ossa medici terebrare conantur, expiravit, atque in locum eius frater minor Ptolemaeus (qui Cyrenis regnabat) successit. Demetrius ob crudelitatem quam in suos per tormenta exercebat, ab Diodoto quodam, uno ex subiectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum adserebat, bello superatus Seleuceam confugit.*

4.- Se habla también de la situación en Siria y la guerra entablada entre sus reyes. Como ya se indicó, Alejandro [I Balas], un hombre desconocido de linaje incierto, gobernó Siria tras el asesinato del rey Demetrio [Soter]. [145 adC] Demetrio [II Nicator], hijo de Demetrio, que había sido enviado a Cnido por su padre por las inseguridades de la guerra, despreció la indolencia y lentitud de Alejandro y le mató en

una batalla en la que fue ayudado por el rey Tolomeo [VI Filometor] de Egipto, con cuya hija, Cleopatra [Thea], se había casado. Tolomeo recibió una herida grave en la cabeza y murió cuando los cirujanos practicaban una trepanación para curar la herida; fue sucedido por su hermano menor Tolomeo [VIII Evergetes] (que reinaba en Cirene). Por la crueldad con que Demetrio torturó a su propio pueblo, fue derrotado en la guerra y forzado a huir a Seleucia por un tal Diodoto, uno de sus súbditos y hombre que apoyó la reclamación al trono de un hijo de dos años de Alejandro.

5.- *L. Mummius de Achaëis triumphavit, signa aerea marmoreaque et tabulas pictas in triumpho tulit.*

5.- Lucio Mumio celebró un triunfo sobre los aqueos y llevó en la procesión pinturas y estatuas de bronce y mármol.

Índice

Ex libro LIII

Del Libro 53

1.- *Appius Claudius cos. Salassos, gentem Alpinam, domuit.*

1.- [143 adC] El cónsul Apio Claudio sometió a los salasianos, una tribu de los Alpes.

2.- *Alter Pseudophilippus in Macedonia a L. Tremellio quaestore cum exercitu caesus est.*

2.- En Macedonia, otro falso Filipo fue muerto, con su ejército, por el cuestor Lucio Temelio.

3.- *Q. Caecilius Metellus procos. Celtiberos cecidit et a Q. Fabio procos. magna pars Lusitaniae expugnatis aliquot urbibus recepta est.*

3.- El procónsul Quinto Cecilio Metelo derrotó a los celtíberos y el procónsul Quinto Fabio recuperó gran parte de la Lusitania tras haber asolado varias ciudades.

4.- *Acilius senator Graece res Romanas scribit.*

4.- El senador Acilio escribió una Historia Romana, en griego.

Índice

Ex libro LIV

Del Libro 54

1.- *Q. Pompeius cos. in Hispania Termestinos subegit. Cum isdem et Numantinis pacem a populo R. infirmatam fecit.*

1.- [141 adC] En Hispania, el cónsul Quinto Pompeyo derrotó a los termestinos. Con ellos y con los numantinos firmó un tratado de paz que no fue ratificado por el pueblo romano.

2.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCCXXVIII milia CCCCLII.*

2.- [139 adC] Los censores celebraron la ceremonia lústrica del censo. Se censaron 328,442 ciudadanos.

3.- *Cum Macedonum legati questum de D. Iunio Silano praetore venissent, quod acceptis pecuniis provinciam spoliasset, et senatus de querellis eorum vellet cognoscere, T. Manlius Torquatus (pater Silani) petiit impetravitque ut sibi cognitio mandaretur; et domi causa cognita filium condemnavit abdicavitque. Ac ne funeri quidem eius, cum suspensio vitam finisset, interfuit sedensque domi potestatem consultantibus ex instituto fecit.*

3.- Cuando los embajadores macedonios llegaron para quejarse sobre el pretor Décimo Junio Silano, que había aceptado sobornos y había saqueado la provincia, el Senado quiso conocer de las denuncias; pero Tito Manlio Torcuato (el padre [adoptivo] de Silano) pidió, y se le concedió, juzgar el caso. Una vez en casa, condenó y repudió a su hijo. Y no asistió al funeral de su hijo, que se ahorcó, sino que permaneció en casa ofreciendo consejo legal a quienes se lo requerían, como era su costumbre.

4.- *Q. Fabius procos. rebus in Hispania prospere gestis labem imposuit pace cum Viriatho aequis condicionibus facta.*

4.- En Hispania, las cosas le iban bien al procónsul Quinto Fabio pero las echó a perder al firmar un tratado de paz con Viriato, de igual a igual.

5.- *Viriathus a proditoribus, consilio Servili Caepionis, interfectus est et ab exercitu suo multum comploratus ac nobiliter sepultus, vir duxque magnus et per XIII annos quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior.*

5.- Viriato fue asesinado por traidores, instigados por Servilio Cepión, y fue hondamente llorado por sus soldados, que le dieron un espléndido funeral. Durante catorce años, este gran hombre y comandante había conducido la guerra contra los romanos, a menudo con éxito.

Índice

Ex libro LV Del Libro 55

1.- *P. Cornelio Nasica (cui cognomen Serapion fuit ab inidente Curiatio trib. pleb. impositum) et Dec. Iunio Bruto coss. dilectum habentibus in conspectu tironum res saluberrimi exempli facta est. Nam C. Matienius accusatus est apud tribunos pl., quod exercitum ex Hispania deservisset, damnatusque sub furca diu virgis caesus est et sestertio nummo veniit.*

1.- [138 adC] Cuando los cónsules Publio Cornelio Nasica (cuyo sobrenombre Serapión fue inventado por el irreverente tribuno de la plebe Curiacio) y Décimo Junio Bruto estaban practicando el alistamiento, sucedió algo frente a los reclutas que sirvió como un ejemplo: Gayo Matieno fue acusado ante los tribunos por haber desertado del ejército de Hispania y fue, tras haber sido condenado, puesto bajo el yugo, azotado con varas y vendido por un sestercio.

2.- *Tribuni pleb. quia non inpetrarent ut sibi denos quos vellent milites eximere liceret, consules in carcerem duci iusserunt.*

2.- Por no haber permitido a los tribunos elegir diez hombres que quedasen libres del servicio militar, ordenaron poner en prisión a los cónsules.

3.- *Iunius Brutus cos. in Hispania iis qui sub Viriatho militaverant agros et oppidum dedit, quod vocatum est Valentia.*

3.- En Hispania, el cónsul Junio Bruto otorgó tierra y una ciudad, llamada Valencia, a aquellos que combatieron a las órdenes de Viriato.

4.- *M. Popilius a Numantinis, cum quibus pacem factam irritam fieri senatus censuerat, cum exercitu fusus fugatusque est.*

4.- Tras haber rechazado el Senado la firma de un tratado de paz, Marco Popilio y su ejército fueron derrotados y puestos en fuga por los numantinos.

5.- *C. Hostilio Mancino cos. sacrificante pulli ex cavea evolaverunt; conscendenti deinde navem, ut in Hispaniam proficisceretur, accidit vox: "Mane, Mancine". Quae auspicia tristia fuisse, eventu probatum est. Victus enim a Numantinis et castris exutus, cum spes nulla servandi exercitus esset, pacem cum his fecit ignominiosam, quam ratam esse senatus vetuit. XXXX milia Romanorum ab IIII milibus Numantinorum victa erant.*

5.- [137 adC] Cuando el cónsul Gayo Hostilio Mancino quiso hacer un sacrificio, los pollos volaron del gallinero, y cuando abordó su barco para navegar a Hispania se oyó una voz que dijo: "¡Quédate, Mancino!". Esto fue un mal presagio, como demostraron los hechos, pues no sólo fue derrotado sino también expulsado de su campamento fortificado, y cuando desesperó de salvar su ejército, concluyó un tratado de paz ignominioso que el Senado rechazó ratificar. Cuarenta mil romanos habían sido derrotados por cuatro mil numantinos.

6.- *Decimus Iunius Lusitaniam expugnationibus urbium usque ad Oceanum perdomuit, et cum flumen Oblivionem transire nollent, raptum signifero signum ipse transtulit et sic ut transgrederentur persuasit.*

6.- Asolando todas sus ciudades hasta alcanzar el Océano, Décimo Junio sometió completamente la Lusitania, y cuando sus soldados rechazaron cruzar el río Limia él tomó el estandarte, lo llevó a través de las aguas y les convenció para que le siguieran.

7.- *Alexandri filius, rex Syriae, X annos admodum habens, a Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, tutore suo, per fraudem occisus est corruptis medicis qui illum calculi dolore consumi ad populum mentiti, dum secant, occiderunt.*

7.- [Antíoco] El hijo de Alejandro, rey de Siria, que era un simple muchacho de diez años, fue asesinado por la perfidia de su tutor Diodoto, llamado "el Magnífico". Había sobornado a los médicos, quienes dijeron que el chico sufría gravemente de cálculos [¿renales?] y murió en la mesa de operación.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 56-60

Índice

Ex libro LVI

Del Libro 56

1.- *Decimus Iunius Brutus in Hispania Ulteriore feliciter adversus Gallaecos pugnavit. Dissimili eventu M. Aemilius Lepidus procos. adversus Vaccaeos rem gessit, clademque similem Numantinae passus est. Ad exsolvendum foederis Numantini religione populum Mancinus, cum huius rei auctor fuisset, deditus Numantinis non est receptus.*

1.- En Hispania Ulterior, Décimo Junio Bruto luchó victoriosamente contra los galáicos. El procónsul Marco Emilio Lépido obtuvo diversos resultados contra los vacceos, frente a los que sufrió una derrota igual a la de Numancia. Para liberar al pueblo del tratado con Numancia, su instigador, Mancino, fue entregado a los numantinos, pero ellos no le aceptaron.

2.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCCXVII milia DCCCCXXXIII.*

2.- Los censores celebraron la ceremonia lústrica del censo. Fueron censados 317 933 ciudadanos.

3.- *Fulvius Flaccus cos. Vardeos in Illyrico subegit.*

3.- [135 adC] El cónsul Fulvio Flaco sometió a los vardeos en Iliria.

4.- *M. Cosconius praetor in Thracia cum Scordiscis prospere pugnavit.*

4.- En Tracia, el pretor Marco Cosconio luchó victoriosamente contra los escordiscios.

5.- *Cum bellum Numantinum vitio ducum non sine pudore publico duraret, delatus est ultro Scipioni Africano a senatu populoque R. consulatus; quem cum illi capere ob legem, quae vetabat quemquam iterum consulem fieri, non liceret, sicut priori consulatu legibus solutus est.*

5.- [134 adC] Por errores de los comandantes, y para vergüenza del Estado, la Guerra Numantina se arrastraba, por lo que el Senado y el pueblo ofrecieron el consulado a Escipión Africano [Emiliano]; y al no aceptar él por no permitírsele la ley, que prohibía un segundo consulado, se cambiaron las normas, como ya sucedió durante su consulado anterior.

6.- *Bellum servile in Sicilia ortum cum opprimi a praetoribus non potuisset, C. Fulvio cos. mandatum est. Huius belli initium fuit Eunos servus, natione Syrus, qui contracta agrestium servorum manu et solutis ergastulis iusti exercitus numerum implevit. Cleon quoque alter servus ad LXX milia servorum contraxit, et iunctis copiis adversus exercitum Romanum bellum saepe gesserunt.*

6.- Al no poder terminar los pretores con la Guerra Servil en Sicilia, se envió al cónsul Gayo Fulvio. Esta guerra fue comenzada por un esclavo sirio llamado Euno, quien reunió a esclavos rurales, abrió los ergástulos y agrandó su grupo hasta el tamaño de un ejército. Otro esclavo, Cleón, reunió 70 000 esclavos, y el ejército romano resultó frecuentemente derrotado cuando se unieron los ejércitos esclavos.

Índice

Ex libro LVII

Del Libro 57

1.- *Scipio Africanus Numantiam obsedit et corruptum licentia luxuriaque exercitum ad severissimam militiae disciplinam revocavit. Omnia deliciarum instrumenta recidit, duo milia scortorum a castris eiecit, militem cotidie in opere habuit et XXX dierum frumentum ad septenos vallos ferre cogebat. Aegre propter onus incedenti dicebat: "cum gladio te vallare scieris, vallum ferre desinito"; alii scutum parum habiliter ferenti, "amplius eum scutum iusto ferre, neque id se reprehendere, quando melius scuto quam gladio uteretur". Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus, si extraneus, virgis cecidit. Iumenta omnia, ne exonerarent militem, vendidit. Saepe adversus eruptiones hostium feliciter pugnavit. Vaccae obsessi liberis coniugibusque trucidatis ipsi se interemerunt.*

1.- [133 adC] Escipión Africano [Emiliano] cercó Numancia y restauró la más estricta disciplina en un ejército que estaba corrompido por la lujuria y la laxitud. Prohibió todos los instrumentos de placer, expulsó a dos mil prostitutas del campamento, hizo trabajar cada día a los soldados, y les ordenó llevar treinta días de comida y siete estacas. A un hombre que llevaba su carga con indolencia, le dijo: "Cuando sepas cómo hacer un muro de tu espada, dejarás de construir la muralla"; y a otro que llevaba el escudo con dificultad, le dijo: "Aunque llevases un escudo mayor de lo normal, no te tengo miedo porque manejas mejor el escudo que la espada". Cuando un soldado era visto fuera de las filas, le azotaba con un sarmiento si era romano y con bastón si era extranjero. Vendió todos los animales, para que no aliviaran a los soldados de sus cargas. Frecuentemente luchó contra las salidas enemigas. Cuando los vacceos fueron sitiados, éstos mataron a sus hijos y mujeres y se suicidaron.

2.- *Scipio amplissima munera missa sibi ab Antiocho, rege Syriae, cum celare aliis imperatoribus regum munera mos esset, pro tribunali accepturum se esse dixit omniaque ea quaestorem referre in publicas tabulas iussit; ex his se viris fortibus dona esse daturum. Cum undique Numantiam obsidione clusisset et obsessos fame videret urgeri, hostes qui pabulatum exierant, vetuit occidi, quia diceret velocius eos absumpturos frumenti quod haberent, si plures fuissent.*

2.- A Escipión le fueron enviados caros regalos por el rey Antíoco [VII] de Siria, y -aunque era costumbre de otros jefes esconder los presentes reales- ordenó aceptar los regalos frente al tribunal, y dijo a los cuestores que anotaran los presentes en los registros públicos; de éstos, dio recompensas a los hombres valerosos. Cuando hubo cercado Numancia por todas partes y advirtió que los sitiados sufrían de hambre, ordenó que no se matase a aquellos enemigos que salían en busca de comida, pues acabarían antes sus suministros cuantos más fuesen.

Índice

Ex libro LVIII

Del Libro 58

1.- *Tib. Sempronius Gracchus trib. pleb. cum legem agrariam ferret adversus voluntatem senatus et equestris ordinis: nequis ex publico agro plus quam mille iugera possideret, in eum furorem exarsit ut M. Octavio collegae causam diversae partis defendenti potestatem lege lata abrogaret, seque et C. Gracchum fratrem et Appium Claudium socerum triumviros ad dividendum agrum crearet. Promulgavit et aliam legem agrariam, qua sibi latius agrum patefaceret, ut idem triumviri iudicarent, qua publicus ager, qua privatus esset. Deinde cum minus agri esset quam quod dividi posset sine offensa etiam plebis, quoniam eos ad cupiditatem amplum modum sperandi incitaverat, legem se promulgaturum ostendit, ut*

his qui Sempronius lege agraria accipere deberent pecunia, quae regis Attali fuisset, divideretur. (Heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenes filius.)

1.- Contra los deseos del Senado y del orden ecuestre, el tribuno de la plebe Tiberio Sempronio Graco promulgó una ley agraria: Nadie podría poseer más de mil yugeras [25180 áreas] de tierra pública. En un arrebato de furor expulsó mediante un decreto a su colega Marco Octavio porque había defendido el punto de vista opuesto; y se había elegido, junto a su hermano Gayo Graco y a su suegro Apio Claudio, como miembros de un triunvirato para repartir las tierras. Llevó otra ley agraria (tendente a obtener más tierras) por la que el triunvirato juzgaría qué terrenos pertenecían al Estado y cuáles a los privados. Cuando resultó haber menos tierra de la que podía dividir sin incurrir en la cólera de la plebe -Graco les había vuelto tan avariciosos que esperaban una gran cantidad-, anunció que promulgaría una ley para repartir el dinero que fue del rey Atalo [III] entre aquellos que desearan, de acuerdo con la primera ley, recibir dinero [en vez de tierras]. (El rey Atalo de Pérgamo, el hijo de Eumenes [II], había nombrado al pueblo romano su heredero)

2.- Tot indignitatibus commotus graviter senatus, ante omnis T. Annius consularis. Qui cum in senatu in Gracchum perorasset, raptus ab eo ad populum delatusque plebi, rursus in eum pro rostris contionatus est.

2.- El Senado, especialmente el antiguo cónsul Tito Anio, estaba conmocionado por estos hechos. Cuando Anio hizo un discurso contra Graco en el Senado, fue arrestado por Graco y acusado ante los plebeyos, y Anio hizo ahora un discurso público contra él.

3.- Cum iterum trib. pleb. creari vellet Gracchus, auctore P. Cornelio Nasica in Capitolio ab optimatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselli, et inter alios qui in eadem seditione occisi erant insepultus in flumen proiectus.

3.- Cuando Graco quiso ser reelegido como tribuno, fue asesinado en el Capitolio por los optimates, guiados por Publio Cornelio Nasica. Graco fue golpeado en primer lugar por un trozo de silla y, con aquellos que murieron en la lucha, se le lanzó al río sin funeral.

4.- Res praeterea in Sicilia vario eventu adversus fugitivos gestas continet.

4.- También se relatan los sucesos de varias salidas contra los esclavos huidos en Sicilia.

Índice

Ex libro LIX

Del Libro 59

1.- Numantini fame coacti ipsi se per vicem traicientes trucidaverunt, captam urbem Scipio Africanus delevit et de ea triumphavit XIII anno post Carthaginem deletam.

1.- Forzados por el hambre, los numantinos acordaron darse muerte unos a otros, y Escipión Africano [Emiliano] saqueó la ciudad capturada y celebró un triunfo en el decimocuarto año tras la destrucción de Cartago.

2.- P. Rupilius cos. in Sicilia cum fugitivis debellavit.

2.- [132 adC] El cónsul Publio Rupilio derrotó en Sicilia a los esclavos huidos.

3.- *Aristonicus, Eumenis regis filius, Asiam occupavit, cum testamento Attali regis legata populo R. libera esse deberet. Adversus eum P. Licinius Crassus cos., cum idem pontifex max. esset (quod numquam antea factum erat), extra Italiam profectus proelio victus et occisus est. M. Perperna cos. victum Aristonicum in deditionem accepit.*

3.- Aristónico, el hijo del rey Eumenes, [de hecho Atalo II Filadelfo], ocupó Asia, que había sido legada al pueblo romano y que se suponía era libre. [131 adC] El cónsul Publio Licinio Craso, que era al mismo tiempo pontífice máximo (algo que nunca había ocurrido antes), marchó contra ellos desde Italia pero fue derrotado y muerto en batalla. [130 adC] El cónsul Marco Perpenna, sin embargo, venció a Aristónico y aceptó su rendición.

4.- *Q. Pompeius Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe facti censores, lustrum condiderunt. Censa sunt civium capita CCCXVIII milia DCCCXXIII praeter pupillos, pupillas et viduas. Q. Metellus censor censuit ut cogerentur omnes ducere uxores liberorum creandorum causa. (Extat oratio eius, quam Augustus Caesar, cum de maritandis ordinibus ageret, velut in haec tempora scriptam in senatu recitavit.)*

4.- [129 adC] Los dos primeros censores plebeyos, Quinto Pompeyo y Quinto Metelo, celebraron la ceremonia lútrica del censo. Fueron censados 318 823 ciudadanos, sin contar pupilos, pupilas ni viudas. El censor Quinto Metelo propuso que todos debían ser obligados a casarse para tener más niños. (Su discurso aún existe, y fue recitado en el Senado por Augusto César, como si hubiera sido escrito recientemente, cuando propuso una ley matrimonial)

5.- *C. Atinius Labeo trib. pleb. Q. Metellum censorem, a quo in senatu legendo praeteritus erat, de saxo deici iussit; quod ne fieret, ceteri tribuni plebis auxilio tuerunt.*

5.- El tribuno Gayo Atinio Labeo ordenó que se arrojara al censor Quinto Metelo desde la roca [Tarpeia], por no haberle incluido al revisar la lista de senadores; los otros tribunos de la plebe le ayudaron [a Metelo].

6.- *Cum Carbo trib. plebi rogationem tulisset, ut eundem tribunum pleb., quotiens vellet, creare liceret, rogationem eius P. Africanus gravissima oratione dissuasit; in qua dixit Ti. Gracchum iure caesum videri. C. Gracchus contra suasit rogationem, sed Scipio tenuit.*

6.- Cuando el tribuno [Gayo Papirio] Carbo propuso que cualquiera pudiera ser tribuno siempre que quisiera, Publio [Cornelio Escipión] Africano [Emiliano] arguyó contra esta ley con un grave discurso, en el que dijo que Tiberio Graco fue muerto legalmente. Aunque Gayo Graco habló a favor de la propuesta, Escipión ganó.

7.- *Bella inter Antiochum, Syriae, et Phraaten, Parthorum regem, gesta nec magis quietae res Aegypti referuntur. Ptolemaeus (Euergetes cognominatus) ob nimiam crudelitatem suis invisus, incensa a populo regia clam Cyprum profugit, et cum sorori eius Cleopatrae, quam filia eius virgine per vim compressa atque in matrimonium ducta repudiaverat, regnum a populo datum esset, infensus filium quem ex illa habebat in Cypro occidit caputque eius et manus et pedes matri misit.*

7.- Se da cuenta de la guerra entre el rey Antíoco [VII] de Siria y Fraates [II] de los Partos y de la no menos turbulenta situación de Egipto. Tolomeo (apodado Evergetes) era odiado por su pueblo por ser demasiado cruel, y huyó secretamente a Chipre cuando el pueblo dio fuego a su palacio; y cuando el reino fue entregado por el pueblo a su hermana Cleopatra (de la que se había divorciado tras haber raptado y violado a su hermana virgen), él mató, en un rapto de cólera, al hijo que ella le había dado y mandó su cabeza, manos y pies a su madre.

8.- *Seditiones a triumviris Fulvio Flacco et C. Graccho et C. Papirio Carbone agro dividendo creatis excitatae. Cum P. Scipio Africanus adversaretur fortisque ac validus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inventus est. Suspecta fuit, tamquam ei venenum dedisset, Sempronia uxor hinc maxime quod soror esset Gracchorum cum quibus similtas Africano fuerat. De morte tamen eius nulla quaestio acta. Defuncto eo acrius seditiones triumvirales exarserunt.*

8.- Se produjeron alborotos excitados por los triunviro Fulvio Flaco, Gayo Graco y Gayo Papirio Carbo, a cuenta de la división de tierras. Aunque había vuelto a casa con buena salud, Publio [Cornelio] Escipión Africano [Emiliano] fue hallado muerto en su dormitorio tras oponerse [a los triunviro] el día anterior. Su esposa fue sospechosa de envenenarle, principalmente porque Sempronia era la hermana de los Gracos, a quienes el Africano se había opuesto. Con todo, no hubo acusación por la muerte. Tras ésta, aumentaron las revueltas de los triunviro.

9.- *C. Sempronius cos. adversus Iapydas primo male rem gessit, mox victoria cladem acceptam emendavit virtute Decimi Iuni Bruti (eius qui Lusitaniam subegerat).*

9.- El cónsul Gayo Sempronio luchó, al principio sin éxito, contra los iapidios, pero la derrota fue compensada por una victoria ganada por las virtudes de Décimo Junio Bruto (el hombre que había sometido la Lusitania).

Índice

Ex libro LX Del Libro 60

1.- *L. Aurelius cos. bellantes Sartos subegit.*

1.- [126 adC] El cónsul Lucio Aurelio sometió a los rebeldes sardos.

2.- *M. Fulvius Flaccus primus transalpinos Liguras domuit bello, missus in auxilium Massiliensium adversus Salluvios Gallos, qui fines Massiliensium populabantur.*

2.- [125 adC] Marco Fulvio Flaco, enviado a ayudar a los marseleses contra los galos saluvianos que vivían en la frontera marsellesa, fue el primero en someter a los ligures transalpinos.

3.- *L. Opimius praetor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit, Fregellas diruit.*

3.- El pretor Lucio Opimio aceptó la rendición de los fregelanos rebeldes y saqueó Fregellas.

4.- *Pestilentia in Africa ab ingenti lucustarum multitudine et deinde necatarum strage fuisse traditur.*

4.- Hay una referencia a una plaga de langosta en África y el gran número de insectos muertos.

5.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCCXCIII milia DCCXXXVI.*

5.- [124 adC] Los censores celebraron la ceremonia lústrica del censo. Fueron censados 394,736 ciudadanos.

6.- *C. Gracchus, Tiberi frater, trib. plebis, eloquentior quam frater, perniciosas aliquot leges tulit, inter quas frumentariam, ut senis et triente frumentum plebi daretur; alteram legem agrariam quam et frater eius tulerat; tertiam, qua equestrem ordinem tunc cum senatu consentientem corrumpere, ut sescenti*

ex equite in curiam sublegerentur et, quia illis temporibus CCC tantum senatores erant, DC equites CCC senatoribus admiscerentur, id est ut equester ordo bis tantum virium in senatu haberet. Et continuato in alterum annum tribunatu legibus agrariis latis effecit ut complures coloniae in Italia deducerentur et una in solo dirutae Carthagini, quo ipse triumvir creatus coloniam deduxit.

6.- [123 adC] El tribuno Gayo Graco, hermano de Tiberio y más elocuente, propuso varias leyes peligrosas, entre ellas una sobre el suministro de grano, que debía ser vendido a seis ases y un tercio a la plebe; una ley agraria como la de su hermano; y una tercera ley tendente a corromper al orden ecuestre (que por aquel tiempo colaboraba con el Senado), para que seiscientos caballeros fueran añadidos al Senado. Porque, por entonces, sólo había trescientos senadores, y los seiscientos caballeros y trescientos senadores se mezclarían, teniendo entonces mayoría los caballeros en el Senado. Tras continuar Graco otro año con un segundo tribunado, añadió nuevas leyes agrarias que resultaron en la fundación de varias colonias en Italia de las que él mismo fue uno de los tres fundadores.

7.- Praeterea res a Q. Metello cos. adversus Baleares gestas continet, quos Graeci Gymnesios appellant, quia aestatem nudi exigunt. Baleares a teli missu appellati aut a Balio, Herculis comite ibi relicto, cum Hercules ad Geryonem navigaret.

7.- También contiene relatos de la guerra de Quinto [Cecilio] Metello contra aquellos baleáricos a quienes los griegos llaman Gymnesios, porque van desnudos durante el verano. Los baleáricos recibieron su nombre por sus proyectiles, o de Balio, un compañero de Hércules que éste dejó atrás cuando navegó hasta Gerión.

8.- Motus quoque Syriae referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium virum suum et Seleucum filium indignata quod occiso patre eius a se iniussu suo diadema sumpsisset, interemit.

8.- Se da una descripción de la situación en Siria, donde Cleopatra [Thea] mató primero a su marido Demetrio [II Nicator] y después a su hijo Seleuco [V], pues le odiaba. Tras haber ella asesinado a su padre, él aceptó la diadema sin su permiso [de ella].

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 61-65

Índice

Ex libro LXI

Del Libro 61

1.- *C. Sextius procos. victa Salluviorum gente coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam e caldis frigidisque fontibus atque a nomine suo ita appellatas.*

1.- Tras haber derrotado a la tribu de los saluvianos, el procónsul Gayo Sextio fundó la colonia de Aix-en-Provence, que fue llamada así por su abundancia de fuentes calientes y frías.

2.- *Cn. Domitius procos. adversus Allobrogas ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi causa fuit quod Toutomotulum, Salluviorum regem, fugientem recepissent et omni ope iuvisent, quodque Aeduorum agros, sociorum populi R., vastassent.*

2.- El procónsul Gneo Domicio combatió con éxito contra los alóbroges, cerca de la ciudad de Mourre-de-Sève. La causa del inicio de esta guerra fue que los alóbroges había ofrecido refugio al rey Toutomotulo de los saluvianos, y le habían apoyado de todos los modos posibles cuando devastó la tierra de los eduos, aliados del pueblo romano.

3.- *C. Gracchus seditioso tribunatu acto cum Aventinum quoque armata multitudine occupasset, a L. Opimio cos. ex S.C. vocato ad arma populo pulsus et occisus est, et cum eo Fulvius Flaccus consularis, socius eiusdem furoris.*

3.- [121 adC] Tras un tribunado sedicioso, Gayo Graco ocupó el Aventino con una multitud armada, pero, tras haber decidido el Senado convocar al pueblo a las armas, fue rodeado y muerto [Gayo Graco] por el cónsul Lucio Opimio. El antiguo cónsul Fulvio Flaco, aliado de Graco en su locura, murió con él.

4.- *Q. Fabius Maximus cos., Pauli nepos, adversus Allobrogas et Bituitum, Arvernorum regem, feliciter pugnavit. Ex Bituiti exercitu occisa milia CXX; ipse cum ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset, Albam custodiendus datus est, quia contra pacem videbatur, ut in Galliam remitteretur. Decretum quoque est, ut Congonnetiacus, filius eius, comprehensus Romam mitteretur. Allobroges in deditionem recepti.*

4.- El cónsul Quinto Fabio Máximo, nieto de Paulo, luchó victoriosamente contra los alóbroges y Butuito, el rey de los arvernos. Del ejército de Butuito, 120 000 hombres fueron muertos; después que el propio rey hubiera de ir a Roma para dar satisfacción [firmar la paz] al Senado, se le custodió en Alba por no parecer que su vuelta a la Galia fuera en interés de la paz. También se decidió detener a su hijo Congonnetiaco y enviarle a Roma. Se aceptó la rendición de los alóbroges.

5.- *L. Opimius accusatus apud populum a Q. Decio trib. pl., quod indemnatos cives in carcerem coniecisset, absolutus est.*

5.- [120 adC] Lucio Opimio, acusado ante el pueblo por Quinto Decio, tribuno de la plebe, de haber encarcelado a ciudadanos sin juicio, fue absuelto.

Índice

Ex libro LXII
Del Libro 62

1.- *Q. Marcius cos. Stynos, gentem Alpinam, expugnavit.*

1.- [118 adC] El cónsul Quinto Marcio derrotó a los stynos, una tribu de los Alpes.

2.- *Micipsa, Numidiae rex, mortuus regnum tribus filiis reliquit: Atherbali, Hiempsali, Iugurthae (fratris filio, quem adoptaverat).*

2.- Cuando murió el rey Micipsa de Numidia, dejó su reino a sus tres hijos: Aderbal, Hiempsal y Yugurta (el hijo adoptivo de su hermano).

3.- *L. Caecilius Metellus Dalmatas subegit.*

3.- [117 adC] Lucio Cecilio Metelo sometió a los dálmatas.

4.- *Iugurtha Hiempsalem fratrem petiit bello. Qui victus occiditur; Atherbalem regno expulit; is a senatu restitutus est.*

4.- Yugurta atacó a su hermano Hiempsal, que fue derrotado y muerto. Aderbal fue expulsado del reino, pero restituido por el Senado.

5.- *L. Caecilius Metellus Cn. Domitius Ahenobarbus censores duos et XXX senatu moverunt.*

5.- Lucio Cecilio Metelo y Gneo Domicio Ahenobarbo, en su calidad de censores, expulsaron a treinta y dos miembros del Senado.

6.- *Praeterea motus Syriae regumque continet.*

6.- También habla de los disturbios en Siria y de una querrela entre sus reyes.

Índice

Ex libro LXIII
Del Libro 63

1.- *C. Porcius cos. in Thracia male adversus Scordiscos pugnavit.*

1.- [114 adC] En la Tracia, el cónsul Gayo Porcio luchó sin éxito contra los escordiscos.

2.- *Lustrum a censoribus conditum est. Censa sunt civium capita CCCXCIII milia CCCXXXVI.*

2.- Los censores celebraron la ceremonia lústrica del censo. Fueron censados 394,336 ciudadanos.

3.- *Aemilia, Licinia, Marcia, virgines Vestales, incesti damnatae sunt, idque incestum quem ad modum et commissum et deprehensum et vindicatum sit refertur.*

3.- Las Vírgenes Vestales Emilia, Licinia y Marcia fueron condenadas por impudicia. Hay una descripción de cómo se cometió tal impudicia, se descubrió y castigó.

4.- *Cimbri, gens vaga populabundi in Illyricum venerunt. Ab his Papirius Carbo cos. cum exercitu fusus est.*

4.- [113 adC] En busca de botín, la tribu nómada de los cimbrios llegaron a Iliria. El cónsul Papirio Carbo y su ejército fueron derrotados por ellos.

5.- *Livius Drusus cos. adversus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnavit.*

5.- [112 adC] En Tracia, el cónsul Livio Druso luchó con éxito contra los escordiscos, una tribu de ascendencia gala.

Índice

Ex libro LXIV

Del Libro 64

1.- *Atherbal bello petitus ab Iugurtha et in oppido Cirtha obsessus contra denuntiationem senatus ab eo occisus est, et ob hoc bellum Iugurthae indictum, idque Calpurnius Bestia cos. gerere iussus pacem cum Iugurtha iniussu populi et senatus fecit.*

1.- Aderbal, atacado por Yugurta y asediado en la ciudad de Cirta, fue muerto en violación de un decreto senatorial. [111 adC] Por esto, se declaró la guerra a Yugurta, y el cónsul Calpurnio Bestia, que fue enviado a mandar esta guerra, concluyó un tratado con Yugurta, sin que hubiera sido ordenado por el pueblo o el Senado.

2.- *Iugurtha fide publica evocatus ad indicandos auctores consiliorum suorum, quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur, Romam venit et propter caedem admissam in regulum quemdam nomine Massivam, qui regnum eius populo R. invisi adfectabat, cum periclitaretur causam capitis dicere, clam profugit et cedens urbe fertur dixisse: "O urbem venalem et cito perituram, si emptorem invenerit."*

2.- Bajo un salvoconducto, Yugurta fue invitado a Roma para que pudiera señalar a los que estaban compinchados con él (se decía que había corrompido a muchos senadores con sobornos), y llegó. Por haber asesinado a cierto régulo llamado Massiva que intentó reclamar el reino del odiado Yugurta al pueblo romano, Yugurta se arriesgaba a perder la cabeza y huyó de la ciudad. Se cuenta que, al huir, dijo: "¡Oh, ciudad corrupta, qué pronto te venderías si hubiera quién te comprase!".

3.- *A. Postumius legatus infeliciter proelio adversus Iugurtham gesto pacem quoque adiecit ignominiosam, quam non esse servandam senatus censuit.*

3.- [110 adC] El legado Aulo Postumio fue derrotado en una batalla por Yugurta y añadió a esto un tratado de paz deshonorable, que el Senado no ratificó.

Índice

Ex libro LXV

Del Libro 65

1.- *Q. Caecilius Metellus cos. duobus proeliis Iugurtham fudit totamque Numidiam vastavit.*

1.- [109 adC] El cónsul Quinto Cecilio Metelo derrotó a Yugurta en dos batallas y devastó toda Numidia.

2.- *M. Iunius Silanus cos. adversus Cimbrorum infeliciter pugnavit. Legatis Cimbrorum sedem et agros in quibus consistentes postulantes senatus negavit.*

2.- [108 adC] El cónsul Marco Junio Silano luchó sin éxito contra los cimbrios. El Senado se negó a aceptar la petición de tierra y lugar para asentarse de los embajadores cimbrios.

3.- *M. Minucius procos. adversus Thracas prospere pugnavit.*

3.- El procónsul Marco Minucio luchó con éxito contra los tracios.

4.- *L. Cassius cos. a Tigurinis Gallis, pago Helvetiorum, qui a civitate secesserant, in finibus Nitiobrogum cum exercitu caesus est. Milites, qui ex ea caede superaverant, obsidibus datis et dimidia rerum omnium parte, ut incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt.*

4.- [107 adC] En el país de los nitióbrigos, el cónsul Lucio Casio [Longino] fue masacrado con su ejército por los galos tigurinos, una tribu helvecia que había abandonado su país. Tras que los soldados supervivientes hubieran entregado rehenes y la mitad de sus posesiones, fueron liberados sin armas como se acordó.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 66-70

Índice

Ex libro LXVI

Del Libro 66

1.- *Iugurtha pulsus a C. Mario Numidia cum auxilio Bocchi, Maurorum regis, adiutus esset, caesis proelio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere victus ab eo et Mario traditus est; in qua re praecipua opera L. Corneli Sullae, quaestoris C. Mari, fuit.*

1.- [106 adC] Cuando Yugurta, expulsado de Numidia por Gayo Mario, recibió ayuda de Boco, rey de los mauros, las tropas de Boco fueron degolladas en batalla y Boco ya no quiso seguir con la guerra que tan desafortunadamente había emprendido. Encadenó a Yugurta y lo entregó a Mario; en este asunto, el principal actor fue Lucio Cornelio Sulla [Sila], el cuestor de Gayo Mario.

Índice

Ex libro LXVII

Del Libro 67

1.- *M. Aurelius Scaurus, legatus consulis, a Cimbris fuso exercitu captus est, et cum in consilium ab his advocatus deterreret eos ne Alpes transirent Italiam petitori, eo quod diceret Romanos vinci non posse, a Boiorige, feroci iuvene, occisus est. Ab isdem hostibus Cn. Manlius cos. et Q. Servilius Caepio procos. victi proelio castris quoque binis exuti sunt, militum milia LXXX occisa, calonum et lixarum XL (secundum Antiatem) apud Arausionem. Caepionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt, primi post regem Tarquinius imperiumque ei abrogatum.*

1.- [105 adC] Tras la derrota de su ejército, Marco Aurelio Escauro, un legado del cónsul, fue capturado por los cimbrios y llamado a su consejo, donde les disuadió de cruzar los Alpes y marchar a Italia diciéndoles que no se podía vencer a los romanos. Fue asesinado por un joven feroz, Boiorix. Derrotados por los mismos enemigos, el cónsul Gneo Manlio y el procónsul Quinto Servilio Cepio fueron expulsados de sus campamentos fortificados; según Valerio Antias, 80 000 soldados y 40 000 siervos y acompañantes resultaron muertos cerca de Arusio. Cepio, por cuya temeridad se produjo la derrota, fue condenado; se confiscaron sus propiedades (por primera vez desde el rey Tarquinio) y abrogados sus poderes

2.- *In triumpho C. Mari ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filiis et in carcere necatus est. Marius triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat, eique propter metum Cimbrici belli continuatus per complures annos est consulatus. Secundo et tertio absens consul creatus quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est.*

2.- [104 adC] Durante el triunfo de Gayo Mario, Yugurta marchó delante del carro con sus dos hijos, y se le ejecutó en prisión. Mario entró en el Senado con ropaje triunfal, lo que nadie había hecho antes, y su consulado fue prolongado por el miedo producido por la Guerra Cimbrica. Él estaba fuera [de Roma] cuando fue elegido cónsul por segunda y tercera vez, y obtuvo un cuarto consulado fingiendo que no lo quería.

3.- *Cn. Domitius pont. max. populi suffragio creatus est.*

3.- El pueblo eligió a Gneo Domicio como Pontífice Máximo.

4.- *Cimbri vastatis omnibus quae inter Rhodanum et Pyrenaeum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi ibique multa loca populati a Celtiberis fugati sunt, reversique in Galliam in Veliocassis se Teutonis coniunxerunt.*

4.- Habiendo devastado todo entre el Ródano y los Pirineos, los cimbrios se movieron a través de un paso de montaña hacia Hispania de donde fueron -tras haber destruido muchas regiones- expulsados por los celtíberos. Volvieron a la Galia y se unieron a los teutones en la tierra de los veliocassios.

Índice

Ex libro LXVIII

Del Libro 68

1.- *M. Antonius praetor in Ciliciam maritimos praedones persecutus est.*

1.- El pretor Marco Antonio persiguió a los piratas en Cilicia.

2.- *C. Marius cos. summa vi oppugnata a Teutonis et Ambronibus castra defendit. Duobus deinde proeliis circa Aquas Sextias eosdem hostes delevit, in quibus caesa traduntur hostium CC milia, capta XC milia.*

2.- [102 adC] El cónsul Gayo Mario defendió su campamento fortificado contra un violento ataque de los teutones y los ambrones. Tras esto, derrotó a estos enemigos en dos batallas cerca de Aix-en-Provence en las cuales -dicen- murieron 200,000 enemigos y 90,000 fueron capturados.

3.- *Marius absens quinto cos. creatus est. Triumphum oblatum, donec et Cimbros vinceret, distulit.*

3.- [101 adC] Mario fue elegido para su quinto consulado en ausencia. Pospuso el triunfo que se le ofreció hasta que hubiese también derrotado a los cimbrios.

4.- *Cimbri cum repulso ab Alpibus fugatoque Q. Catulo procos., qui fauces Alpium obsidebat (ad flumen Athesim cohortem quae castellum editum insederat, reliquerat, quae tamen virtute sua explicata fugientem procos. exercitumque consecuta est), in Italiam traiecissent, iunctis eiusdem Catuli et C. Marii exercitibus, proelio victi sunt; in quo caesa traduntur hostium milia CXL, capta LX.*

4.- Los cimbrios, habían rechazado y puesto en fuga al procónsul Quinto Cátulo, quien intentó bloquear los pasos de los Alpes (dejó una cohorte en un castillo cerca del río Adigio; pero por su propio valor, ellos se abrieron paso y persiguieron al procónsul que huía con su ejército), invadieron Italia, [100 adC] pero fueron derrotados en una batalla por las fuerzas combinadas de este Cátulo y Gayo Mario; se dijo que murieron 160,000 enemigos y 60,000 fueron capturados.

5.- *Marius totius civitatis consensu exceptus pro duobus triumphis qui offerebantur, uno contentus fuit. Primores civitatis, qui ei aliquamdiu ut novo homini ad tantos honores evecto inviderant, conservatam ab eo rem p. fatebantur.*

5.- Aunque a Mario se le ofreció por consenso de todos los ciudadanos celebrar dos triunfos, se contentó con uno sólo. El primero de los ciudadanos, que hasta entonces había envidiado a aquel "hombre nuevo", tuvo que admitir que el Estado había sido salvado por él [por Mario].

6.- *Publicius Malleolus matre occisa primus in culleo insutus in mare praecipitatus est.*

6.- Publicio Maleolo, que había asesinado a su madre, fue el primero en ser metido en un saco y arrojado al mar.

7.- *Ancilia cum strepitu mota esse, antequam Cimbricum bellum consummaretur, refertur.*

7.- Se dijo que los escudos sacrados se movieron y temblaron antes de que terminara la Guerra Cimbria.

8.- *Bella praeterea inter Syriae reges gesta continet.*

8.- También habla de la guerra entre los reyes sirios [Antíoco VIII y Antíoco IX].

Índice

Ex libro LXIX

Del Libro 69

1.- *L. Apuleius Saturninus, adiuvante C. Mario et per milites occiso A. Nunnio competitore tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter tribunatum, quam petierat, gessit et cum legem agrariam per vim tulisset, Metello Numidico, quod in eam non iuraverat, diem dixit. Qui cum a bonis civibus defenderetur, ne causa certaminum esset, in exilium voluntarium, Rhodum, profectus est, ibique audiendo et legendo magnos viros avocabatur.*

1.- Usando violencia, Lucio Apuleyo Saturnino, que tenía la ayuda de Gayo Mario, y cuyo rival Aulo Nunio había sido asesinado por soldados, fue nombrado tribuno de la plebe y ocupó su tribunado no menos violentamente que como lo había obtenido. Cuando hubo presentado una ley agraria, acusó a Metelo Numídico, quien no había jurado guardar esa ley. Fue defendido por los mejores ciudadanos, pero marchó al exilio voluntario en Rodas porque rechazó ser causa de disturbios civiles. Allí, encontró distracción en la lectura y audición de los grandes oradores.

2.- *Profecto C. Marius, seditionis auctor, qui sextum consulatum pecunia per tribus sparsa emerat, aqua et igni interdixit.*

2.- Cuando se hubo marchado, Gayo Mario, que era el responsable de las revueltas y había comprado un sexto consultado repartiendo dinero entre las tribus, confirmó el exilio de Metelo.

3.- *Idem Apuleius Saturninus trib. pleb. C. Memmium, candidatum consulatus, quoniam adversarium eum actionibus suis timebat, occidit. Quibus rebus concitato senatu, in cuius causam et C. Marius (homo varii mutabilis ingenii consilii que semper secundum fortunam) transierat, oppressus armis cum Glaucia praetore et aliis eiusdem furoris sociis bello quodam interfectus est.*

3.- El mismo tribuno Apuleyo Saturnino asesinó a Gayo Memio, un candidato al consulado de quien temía que estaba contra él. Impresionado con tales crímenes, el Senado, de cuyo lado Gayo Mario (hombre de ideas y planes cambiantes, siempre persiguiendo la fortuna) se puso, capturó a Saturnino junto al pretor Glaucia y otros aliados que les acompañaban en su locura, y les mató en algo parecido a una batalla.

4.- *Q. Caecilius Metellus ab exilio ingenti totius civitatis favore reductus est.*

4.- Con la aprobación de todos los ciudadanos, Quinto Cecilio Metelo fue llamado del exilio.

5.- *M'. Aquilius procos. in Sicilia bellum servile excitatum confecit.*

5.- El procónsul Manio Aquilio puso fin a la guerra contra los esclavos que se había originado en Sicilia.

Índice

Ex libro LXX

Del Libro 70

1.- *Cum M'. Aquilius de pecuniis repetundis causam diceret, ipse iudices rogare noluit; M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam a pectore eius discidit, ut honestas cicatrices ostenderet. Indubitate absolutus est. (Cicero eius rei solus auctor.)*

1.- Cuando Manio Aquilio fue acusado de extorsión, rechazó apelar al jurado, y Marco Antonio, que había hablado a su favor, desgarró la túnica sobre su pecho para mostrar sus honorables cicatrices. Sin más ruido, fue absuelto (Cicerón es la única fuente para este asunto).

2.- *T. Didius procos. adversus Celtiberos feliciter pugnavit.*

2.- [97 adC] El procónsul Tito Didio luchó con éxito contra los celtíberos.

3.- *Ptolemaeus, Cyrenarum rex, cui cognomen Apionis fuit, mortuus heredem populum R. reliquit et eius regni civitates senatus liberas esse iussit.*

3.- [96 adC] Tras su muerte, el rey Tolomeo de Cirene, apodado Apión, hizo su heredero al pueblo de Roma y el Senado decretó que todas las ciudades de su reino serían libres.

4.- *Ariobarzanes in regnum Cappadociae a L. Cornelio Sulla reductus est. Parthorum legati a rege Arsace missi venerunt ad Sullam ut amicitiam populi R. peterent.*

4.- [95 adC] Ariobarzanes fue traído de vuelta al reino de Capadocia por Lucio Cornelio Sila. Embajadores de los Partos, enviados por el rey Arsaces, visitaron a Sila para pedir la amistad del pueblo romano.

5.- *P. Rutilius, vir summae innocentiae, quoniam legatus C. Muci procos. a publicanorum iniuriis Asiam defenderat, invisus equestri ordini penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est.*

5.- [92 adC] Por haber defendido Asia contra los excesos de los publicanos como legado del procónsul Gayo Mucio, Publio Rutilio, un hombre totalmente inocente, fue odiado por el orden ecuestre, que controlaba los tribunales de justicia, y que le envió al exilio condenado por extorsión.

6.- *C. Sentius praetor adversus Thracas infeliciter pugnavit.*

6.- El pretor Gayo Sencio luchó sin éxito contra los tracios.

7.- *Senatus, cum impotentiam equestris ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet, omni vi eniti coepit ut ad se iudicia transferret, sustinente causam eius M. Livio Druso trib. pleb., qui ut vires sibi acquireret, perniciose spe largitionum plebem concitavit.*

7.- [91 adC] El Senado, que rechazó aceptar el control de los tribunales de justicia por el orden ecuestre, empezó a tratar de transferir su control al propio Senado. Fue apoyado por el tribuno Marco Livio Druso quien, para obtener más poder, agitó al pueblo con la perniciosa esperanza de las dádivas.

8.- *Praeterea motus Syriae regnumque continet.*

8.- También se habla de los problemas en el reino sirio.

Índice

Tito Livio: Períocas 71-75

Índice

Ex libro LXXI

Del Libro 71

1.- M. Livius Drusus trib. pleb., quo maioribus viribus senatus causam susceptam tueretur, socios et Italicos populos spe civitatis Romanae sollicitavit, iisque adiuvantibus per vim legibus agrariis frumentariisque latis iudiciariam quoque pertulit ut aequa parte iudicia penes senatum et equestrem ordinem essent. Cum deinde promissa sociis civitas praestari non posset, irati Italici defectionem agitare coeperunt. Eorum coetus coniurationesque et orationes in consiliis principum referuntur. Propter quae Livius Drusus invisus etiam senatui factus velut socialis belli auctor, incertum a quo domi occisus est.

1.- [91 adC] Marco Livio Druso, un tribuno de la plebe que deseaba aumentar los poderes del Senado, apeló a los aliados y las naciones italianas y les hizo tener esperanzas por alcanzar la ciudadanía romana; con su ayuda, promulgó por la fuerza leyes sobre la distribución de tierras y grano, y también promulgó una ley sobre la jurisdicción con el efecto de que los jurados estarían compuestos por una mitad de senadores y otra de caballeros. Cuando no pudo mantener su promesa de otorgar la ciudadanía a sus aliados, los airados italianos empezaron a pensar en la defección. Se cuentan [en este libro] sus asambleas y conspiraciones y los discursos en el consejo de sus jefes. Por tales motivos, Livio Druso se volvió odioso hasta en el Senado, como si él hubiese sido la causa de la Guerra Social, y fue asesinado por un desconocido en su propia casa.

Índice

Ex libro LXXII

Del Libro 72

1.- Italici populi defecerunt: Picentes, Vestini, Marsi, Paeligni, Marrucini, Samnites, Lucani. Initio belli a Picentibus moto Q. Servilius procos. in oppido Asculo cum omnibus civibus R. qui in eo oppido erant occisus est. Saga populus sumpsit.

1.- Las siguientes naciones Italianas se rebelaron: picentinos, vestinianos, marsos, pelignios, marrucinos, samnitas y lucanios. El primer hecho de la guerra lo hicieron los picentinos, que mataron al procónsul Quinto Servilio en la ciudad de Áscoli junto con todos los ciudadanos romanos que había en la ciudad. El pueblo vistió el sagum [capa militar].

2.- Servius Galba a Lucanis comprehensus unius feminae opera, ad quam devertebatur, e captivitate receptus est. Aesernia et Alba coloniae ab Italicis obsessae sunt. Auxilia deinde Latini nominis et exterarum gentium missa populo R. et expeditiones invicem expugnationesque urbium referuntur.

2.- Servio Galba, que fue capturado por los Lucanios, fue liberado de su cautividad por una mujer con la que había estado alojado. Las colonias de Isernia y Alba fueron asediadas por los italianos. Se cuentan las tropas que fueron enviadas en auxilio del pueblo romano por los latinos y naciones extranjeras, las expediciones de ambos bandos y los asaltos de las ciudades.

Índice

Ex libro LXXIII

Del Libro 73

1.- L. Iulius Caesar cos. male adversus Samnites pugnavit. Nola colonia in potestatem Samnitium venit cum L. Postumio praetore qui ab his interfectus est.

1.- [90 adC] El cónsul Lucio Julio César, perdió una batalla contra los samnitas. La colonia de Nola cayó en manos de los samnitas junto con el pretor Lucio Postumio, que es ejecutado.

2.- *Complures populi ad hostes defecerunt. Cum P. Rutilius cos. parum prospere adversus Marsos pugnasset et in eo proelio cecidisset, C. Marius, legatus eius, meliore eventu cum hostibus acie conflixit.*

2.- Muchas naciones se pusieron de lado de los enemigos. Cuando el cónsul Publio Rutilio luchó contra los marsios, con resultados diversos, y cayó en combate, su legado Gayo Mario tuvo más éxito en una batalla contra el enemigo.

3.- *Servius Sulpicius Paelignos proelio fudit.*

3.- Servio Sulpicio hizo huir a los pelignios.

4.- *Q. Caepio, legatus Rutili, cum obsessus prospere in hostes inrupisset, et ob eum successum aequatum ei cum C. Mario esset imperium, temerarius factus et circumventus insidiis fuso exercitu cecidit.*

4.- Cuando Quinto Cepio, legado de Rutilio, fue asediado y rechazó con éxito a los enemigos y se le dieron iguales poderes a Gayo Mario, se volvió temerario, fue cercado en una emboscada y cayó en la huida de su ejército.

5.- *L. Iulius Caesar cos. feliciter adversus Samnites pugnavit. Ob eam victoriam Romae saga posita sunt.*

5.- El cónsul Lucio Julio César luchó con éxito contra los samnitas. Por esta victoria, Roma se quitó el sagum [capa de guerra].

6.- *Et ut varia belli fortuna esset, Aeserna colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit, sed et C. Marius proelio Marsos fudit, Hierio Asinio, praetore Marrucinatorum, occiso.*

6.- Para mostrar las diversas suertes de la guerra, la colonia de Isernia, junto con Marco Marcelo, cayó en manos de los samnitas, pero Gayo Mario hizo huir a los marsios y Hierio Asinio, pretor de los marrucianos, fue muerto.

7.- *C. Caelius in Gallia Transalpina Salluvios rebellantes vicit.*

7.- En la Galia Transalpina, Gayo Celio derrotó a los saluvianos rebeldes.

Índice

Ex libro LXXIV

Del Libro 74

1.- *Cn. Pompeius Picentes proelio fudit [lacuna] obsedit. Propter quam victoriam Romae praetextae et*

alia magistratum insignia sumpta sunt. C. Marius cum Marsis dubio eventu pugnavit. Libertini tunc primum militare coeperunt.

1.- [89 adC] Gneo Pompeyo puso en fuga [laguna] y asedió a los picentinos. Por esta victoria, asumió la toga pretexta y otras insignias de los magistrados. Gayo Mario luchó contra los marsios con resultado dudoso. Por vez primera, se permitió a los libertos que sirvieran en los ejércitos.

2.- *A. Plotius legatus Umbros, L. Porcius praetor Etruscos, cum uterque populus defecisset, proelio vicerunt.*

2.- El legado Aulo Plotio derrotó a los umbrios y el pretor Lucio Porcio a los etruscos. Ambas naciones se habían rebelado.

3.- *Nicomedes in Bithyniae, Ariobarzanes in Cappadociae regnum reducti sunt.*

3.- En Bitinia, Nicomedes fue restituido en el trono y Ariobarzanes en el reino de Capadocia.

4.- *Cn. Pompeius cos. Marsos acie vicit. Cum aere alieno pressa esset civitas, A. Sempronius Asellio praetor, quoniam secundum debitores ius dicebat, ab his qui faenerabant in foro occisus est.*

4.- [88 adC] El cónsul Gneo Pompeyo derrotó a los marsios en batalla campal. Por estar la ciudadanía oprimida por las deudas, el pretor Aulo Sempronio Aselio, que estaba decidiendo en juicios a favor de los deudores, fue asesinado en el Foro por prestamistas.

5.- *Praeterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.*

5.- También habla de las incursiones de los Tracios en Macedonia

Índice

Ex libro LXXV

Del Libro 75

1.- *A. Postumius Albinus legatus cum classi praeeset, infamis crimine perduellionis, ab exercitu suo interfectus est.*

1.- El legado Aulo Postumio Albino, almirante de la flota, fue asesinado por su propio ejército, pues él fue sospechoso del infame crimen de alta traición.

2.- *L. Cornelius Sulla legatus Samnites proelio vicit et bina castra eorum expugnavit.*

2.- El legado Lucio Cornelio Sila derrotó a los samnitas en batalla y los expulsó de sus dos campamentos fortificados.

3.- *Cn. Pompeius Vestinos in deditionem accepit.*

3.- Gneo Pompeyo aceptó la rendición de los vestinios.

4.- *L. Porcius cos. rebus prospere gestis fuisque aliquotiens Marsis, dum castra eorum expugnat, cecidit. Ea res hostibus victoriam eius proelii dedit.*

4.- Tras una campaña victoriosa y haber puesto en fuga varias veces a los marsios, el cónsul Lucio Porcio cayó mientras asaltaba uno de sus campamentos. Este suceso dio la victoria en la batalla al enemigo.

5.- *Cosconius et Lucanus Samnites acie vicerunt, Marium Egnatium, nobilissimum hostium ducem, occiderunt, compluraque oppida in deditionem acceperunt.*

5.- Cosconio y Lucano derrotaron a los samnitas en batalla, matando a Mario Egnatio, el más noble jefe de los enemigos. Aceptaron la rendición de varias ciudades.

6.- *L. Sulla Hirpinos domuit, Samnites pluribus proeliis fudit, aliquot populos recepit, quantisque raro quisquam alius ante consulatum rebus gestis ad petitionem consulatus Romam est profectus.*

6.- Lucio Sila sometió a los hirpinos, derrotó a los samnitas en varias batallas, aceptó la rendición de otros pueblos y marchó a Roma para presentarse a Cónsul, habiendo alcanzado más que la mayoría de la gente antes de su consulado.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 76-80

Índice

Ex libro LXXVI

Del Libro 76

1.- *A. Gabinius legatus rebus adversus Lucanos prospere gestis et plurimis oppidis expugnatis in obsidione hostium castrorum cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit totamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius procos. Vestinos et Paelignos in deditionem accepit. Marsi quoque a L. Cinna et Caecilio Pio legatis aliquot proeliis fracti petere pacem coeperunt. Asculum a Cn. Pompeio captum est. Caesis et a Mamercio Aemilio legato Italicis Silo Poppaedi, dux Marsorum, auctor eius rei, in proelio cecidit.*

1.- [89 adC] El legado Aulo Gabinio, que había conducido victoriosamente la guerra contra los lucanios y había capturado muchas ciudades, murió durante el asedio de un campamento. El legado Sulpicio degolló a todos los marrucinos y aceptó la rendición de toda la región. El procónsul Gneo Pompeyo aceptó la rendición de los vestinios y los pelignios. Los marsios, derrotados en varias batallas por los legados Lucio Cinna y Cecilio Pío, empezaron a pedir la paz. Gneo Pompeyo capturó Ascoli. Tras haber sido derrotados nuevamente los italianos por el legado Emilio Mamerco, el jefe de los marsios y cabecilla de la sublevación, Popelio Silo, cayó en combate..

2.- *Ariobarzanes Cappadociae, Nicomedes Bithyniae regno a Mithridate, Ponti rege, pulsi sunt.*

2.- [88 adC] Ariobarzanes de Capadocia y Nicomedes de Bitinia fueron destronados por Mitrídates, rey del Ponto.

3.- *Praeterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.*

3.- También habla de las incursiones y pillajes de los tracios en Macedonia.

Índice

Ex libro LXXVII

Del Libro 77

1.- *Cum P. Sulpicius trib. pleb. auctore C. Mario perniciosas leges promulgasset, ut exsules revocarentur et novi cives libertinique in tribus distribuerentur et ut C. Marius adversus Mithridaten, Ponti regem, dux crearetur, et adversantibus consulibus Q. Pompeio et L. Sullae vim intulisset, occiso Q. Pompeio (Q. Pompei cos. filio, genero Sullae) L. Sulla cos. cum exercitu in urbem venit et adversus factionem Sulpici et Mari in ipsa urbe pugnavit eamque expulit. Ex qua XII a senatu hostes -inter quos C. Marius pater et filius- iudicati sunt.*

1.- Cuando el tribuno de la plebe Publio Sulpicio, instigado por Gayo Mario, promulgó leyes peligrosas (que los exiliados pudieran ser llamados, distribución de nuevos ciudadanos y libertos por las tribus, y que se diese a Mario la jefatura militar contra Mitrídates, rey del Ponto) y empleó la violencia contra los cónsules opositores Quinto Pompeyo y Lucio Sila, matando a Quinto Pompeyo (el hijo del cónsul Quinto Pompeyo y yerno de Sila), Lucio Sila entró en la ciudad con un ejército, combatió contra las facciones de Sulpicio y Mario en la propia ciudad y los expulsó. Doce miembros de esta facción -entre otros el padre y

el hijo de Mario- fueron proclamados como enemigos por el Senado.

2.- *P. Sulpicius cum in quadam villa lateret, indicio servi sui retractus et occisus est. Servus ut praemium promissum indici haberet, manumissus et ob scelus proditi domini de saxo deiectus est.*

2.- Cuando Publio Sulpicio se escondía en una villa, fue capturado y muerto gracias a la información dada por su propio esclavo. Por haber mostrado el camino, el esclavo recibió la prometida libertad; pero fue arrojado desde la roca [Tarpeya] por haber traicionado a su señor.

3.- *C. Marius filius in Africam traiecit. C. Marius pater cum in paludibus Minturnensium lateret, extractus est ab oppidanis, et cum missus ad occidendum eum servus natione Gallus maiestate tanti viri perterritus recessisset, impositus publice navi delatus est in Africam.*

3.- El joven Gayo Mario cruzó a África. Gayo Mario padre se ocultó en unas marismas cerca de Minturno, pero fue expulsado. Cuando se envió un esclavo galo para asesinarle, éste se retiró por temor a la grandeza de este hombre y Mario fue embarcado en un navío de la ciudad y enviado a África.

4.- *L. Sulla civitatis statum ordinavit, exinde colonias deduxit.*

4.- Lucio Sila ordenó el estado de la ciudad y redujo las colonias.

5.- *Q. Pompeius cos. ad accipiendum a Cn. Pompeio procos. exercitum profectus consilio eius occisus est.*

5.- El cónsul Quinto Pompeyo marchó para mandar el ejército de Gneo Pompeyo, pero fue muerto por éste.

6.- *Mithridates, Ponti rex, Bithynia et Cappadocia occupatis et pulso Aquilio legato Phrygiam, provinciam populi R., cum ingenti exercitu intravit.*

6.- El rey Mitrídates del Ponto, habiendo ocupado Bitinia y Capadocia, y habiendo expulsado al legado Aquilio de Frigia, una provincia del pueblo romano, la invadió con un gran ejército.

Índice

Ex libro LXXVIII

Del Libro 78

1.- *Mithridates Asiam occupavit, Q. Oppium procos., item Aquilium legatum in vincula coniecit, iussuque eius, quidquid civium R. in Asia fuit uno die trucidatum est. Urbem Rhodum, quae sola in fide populi R. manserat, oppugnavit et aliquot proeliis navalibus victus recessit.*

1.- Mitrídates ocupó Asia, puso en cadenas al procónsul Quinto Opio, hizo lo mismo con su legado Aquilio y, por su orden, en un sólo día fueron muertos todos los ciudadanos romanos de Asia. Atacó la ciudad de Rodas, que en soledad había permanecido leal al pueblo romano, pero fue derrotado en varias batallas navales y se retiró.

2.- *Archelaus, praefectus regis, in Graeciam cum exercitu venit, Athenas occupavit.*

2.- Arquelao, el prefecto del rey, marchó a Grecia con un ejército y ocupó Atenas..

3.- *Praeterea trepidationem urbium insularumque, aliis ad Mithridaten, aliis ad populum R. civitates suas trahentibus, continet.*

3.- También se relatan los desórdenes en las ciudades y en las islas, pues algunas se pusieron del lado de Mitrídates y otras del lado del pueblo romano.

Índice

Ex libro LXXIX

Del Libro 79

1.- *L. Cornelius Cinna cos. cum perniciosas leges per vim atque arma ferret, pulsus urbe ab Cn. Octavio collega cum sex tribunis plebis imperioque ei abrogato, corruptum Appi Claudi exercitum in potestatem suam redegit et bellum urbi intulit, arcessito C. Mario ex Africa cum aliis exulibus. (In quo bello duo fratres, alter ex Pompei exercitu, alter ex Cinnae, ignorantes concurrerunt, et cum victor spoliaret occisum, agnito fratre ingenti lamentatione edita, rogo ei extracto, ipse se supra rogam transfodit et eodem igne consumptus est.)*

1.- [87 adC] Cuando el cónsul Lucio Cornelio Cinna estaba promulgando leyes perniciosas mediante la violencia y las armas, junto a seis tribunos de la plebe fue expulsado de la ciudad por su colega Gneo Octavio y desposeído de su magistratura; pero con sobornos, puso al ejército de Apio Claudio bajo su mando y llevó la guerra a la ciudad, llamando a Mario de su exilio en África (En esta guerra, dos hermanos, uno del ejército de Pompeyo y otro del de Cinna, se enfrentaron sin saberlo y, cuando el ganador estaba desposeyendo al que había sido vencido, se lamentó duramente cuando reconoció a su hermano y construyó una pira sobre la que se arrojó, siendo consumidos por el mismo fuego).

2.- *Et cum opprimi inter initia potuisset, Cn. Pompei fraude, qui utramque partem fovendo vires Cinnae dedit nec nisi profligatis optimatum rebus auxilium tulit, et consulis segnitia confirmati Cinna et Marius quattuor exercitibus, ex quibus duo Q. Sertorio et Carboni dati sunt, urbem circumsederunt.*

2.- Y aunque [la guerra civil] podía haber sido impedida muy al principio, por la traición de Gneo Pompeyo (quien apoyó a ambos bandos y no ayudó a los *optimates* hasta que su posición se volvió desesperada) y por la lentitud del cónsul, la posición de Cinna y Mario se reforzó al punto de poder sitiar la ciudad con cuatro ejércitos, dos de los cuales fueron dados a Quinto Sertorio y Carbo.

3.- *Ostiam coloniam Marius expugnavit et crudeliter diripuit.*

3.- Mario capturó la colonia de Ostia y la saqueó cruelmente.

Índice

Ex libro LXXX

Del Libro 80

1.- *Italicis populis a senatu civitas data est. Samnites, qui soli arma recipiebant, Cinnae et Mario se coniunxerunt. Ab his Plautius legatus cum exercitu caesus est.*

1.- El Senado concedió la ciudadanía romana a los pueblos italianos. Los samnitas, los únicos que habían alzado sus armas de nuevo, se pusieron del lado de Cinna y Mario. Éstos derrotaron al legado Plautio y

su ejército.

2.- *Cinna et Marius cum Carbone et Sertorio Ianiculum oppugnaverunt et fugati ab Octavio consule recesserunt. Marius Antium et Ariciam et Lanuvium colonias expugnavit.*

2.- Cinna y Mario, junto con Carbo y Sertorio, atacaron el Janículo, pero fueron puestos en fuga por el cónsul Octavio y se retiraron. Mario capturó las colonias en Anzio, Ariccia y Lanuvio.

3.- *Cum spes nulla esset optimatibus resistendi propter segnitiam et perfidiam et ducum et militum (qui corrupti aut pugnare nolebant, aut in diversas partes transiebant), Cinna et Marius in urbem recepti sunt; qui velut captam eam caedibus ac rapinis vastaverunt, Cn. Octavio cos. occiso et omnibus adversae partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio (eloquentissimo viro) et C. L. que Caesare, quorum capita in rostris posita sunt. Crassus filius ab equitibus Fimbriae occisus, pater Crassus, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se transfixit.*

3.- Cuando, por la lentitud y perfidia tanto de los jefes como de los soldados (que fueron sobornados y no querían combatir ni marchar a otras regiones), los *optimates* habían perdido toda esperanza de aguantar, Cinna y Mario fueron recibidos en la ciudad, a la que trataron con violencias y asesinatos como si la hubiesen conquistado. El cónsul Gneo Octavio fue asesinado y todos los nobles, miembros de la parte contraria, masacrados, como Marco Antonio (un hombre elocuentísimo) y Gayo y Lucio César, cuyas cabezas fueron puestas en la plataforma de oradores [*Rostra*]. El joven Craso fue asesinado por los caballeros de Fimbria y Craso padre, deseando evitar un destino impropio de su dignidad, se atravesó con su espada.

4.- *Et citra ulla comitia consules in sequentem annum se ipsos renuntiaverunt.*

4.- Y sin siquiera un simulacro de elección, ellos [Cinna y Mario] se nombraron cónsules para el siguiente año.

5.- *Eodemque die quo magistratum inierant, Marius S. Licinium senatorem de saxo deici iussit, editisque plurimis sceleribus idibus Ianuar. decessit, vir, cuius si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictu utrum bello melior an pace perniciosior fuerit. Adeo quam rem p. armatus servavit, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo armis hostiliter evertit.*

5.- [86 adC] En el mismo día del comienzo de su magistratura, Mario ordenó que el senador Sexto Licinio fuera arrojado desde la roca [Tarpeya]. Tras muchos crímenes, Mario murió en los idus de enero. Cuando tomamos todo en consideración, él fue un hombre de quien no es fácil decir si fue mejor en tiempos de guerra o más pernicioso en tiempos de paz. Así pues, se puede decir que tanto como salvó el Estado como soldado, así lo dañó como ciudadano -primero por sus tretas y luego por sus acciones revolucionarias-.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 81-85

Índice

Ex libro LXXXI

Del Libro 81

1.- *L. Sulla Athenas, quas Archelaus, praefectus Mithridatis, occupaverat, circumsedente et cum magno labore expugnare [lacuna] urbi libertatem et, quae habuerat, reddidit.*

1.- [87 adC] Lucio Sila sitió Atenas, que había sido ocupada por Arquelao, prefecto de Mitrídates; [86 adC] tras mucho esfuerzo tomó la ciudad [laguna] le dió la libertad como solía.

2.- *Magnesia, quae sola in Asia civitas in fide manserat, summa virtute adversus Mithridaten defensa est.*

2.- Magnesia, la única ciudad de Asia que permaneció leal, fue defendida contra Mitrídates con gran valor.

3.- *Praeterea excursiones Thracum in Macedoniam continet.*

3.- También habla de las incursiones Tracias en Macedonia.

Índice

Ex libro LXXXII

Del Libro 82

1.- *Sulla copias regis, quae Macedonia occupata in Thessaliam venerant, proelio vicit, caesis hostium C milia et castris quoque expugnatis. Renovato deinde bello iterum exercitum regis fudit ac delevit.*

1.- Sila derrotó en batalla al ejército del rey, que había ocupado Macedonia y entrado en Tesalia. 100,000 enemigos fueron muertos y el campamento fue capturado. Después, se inició la guerra y Sila derrotó y destruyó un segundo ejército del rey.

2.- *Archelaus cum classe regia Sullae se tradidit.*

2.- Arquelao y la armada real se rindieron a Sila.

3.- *L. Valerius Flaccus cos., collega Cinnae, missus ut Sullae succederet, propter avaritiam invisus exercitui suo a C. Fimbria, legato ipsius, ultimae audaciae homine, occisus est et imperium ad Fimbriam translatum.*

3.- Por su avaricia, el cónsul Lucio Valerio Flaco, el colega de Cinna, que fue enviado para sustituir a Sila, era impopular en su ejército y fue asesinado por su propio legado, Gayo Fimbria, un hombre absolutamente temerario; el mando fue dado a Fimbria.

4.- *Praeterea expugnatae in Asia urbes a Mithridate et crudeliter direpta provincia, incursiones Thracum in Macedoniam referuntur.*

4.- También se habla del ataque de Mitrídates a las ciudades de Asia, la ruina de esa provincia y las incursiones de los Tracios en Macedonia.

Índice

Ex libro LXXXIII

Del Libro 83

1.- *Fl. Fimbria in Asia fuis proelio aliquot praefectis Mithridatis urbem Pergamum cepit obsessumque regem non multum afuit quin caperet. Urbem Ilium, quae se potestati Sullae reservabat, expugnavit ac delevit et magnam partem Asiae recepit.*

1.- Flavio Fimbria derrotó en Asia a varios comandantes de Mitrídates y después capturó la ciudad de Pérgamo y estuvo cerca de capturar al rey que estaba asediado. También tomó y saqueó la ciudad de Ilión [Troya], que estaba esperando para rendirse a Sila, y recuperó buena parte de Asia.

2.- *Sulla compluribus proeliis Thracas cecidit.*

2.- Sila derrotó a los tracios en muchas batallas.

3.- *Cum L. Cinna et Cn. Papirius Carbo, a se ipsis coss. per biennium creati, bellum contra Sullam praepararent, effectum est per L. Valerium Flaccum (principem senatus) qui orationem in senatu habuit, et per eos qui concordiae studebant, ut legati ad Sullam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem invitum cogeat naves conscendere et adversus Sullam proficisci, interfectus est. Consulatum Carbo solus gessit.*

3.- [85 adC] Cuando Lucio Cinna y Gneo Papirio Carbo, que se habían nombrado cónsules para dos años, estaban preparando la guerra contra Sila, Lucio Valerio Flaco (el príncipe del Senado) dió un discurso en el Senado y, con la ayuda de aquellos que presionaban a favor de la unidad, se aseguró de que se enviaran embajadores a Sila para hablar de la paz. [84] Cinna fue asesinado por su propio ejército, al que había tratado de obligar contra su voluntad, a embarcar en buques y marchar contra Sila. Carbo fue cónsul en solitario.

4.- *Sulla cum in Asiam traiecisset, pacem cum Mithridate fecit ita ut his cederet provinciis: Asia, Bithynia, Cappadocia.*

4.- [85 adC] Sila cruzó a Asia e hizo la paz con Mitrídates, cediendo las provincias de Asia, Bitinia y Capadocia.

5.- *Fimbria desertus ab exercitu qui ad Sullam transierat, ipse se percussit impetravitque de servo suo, praebens cervicem, ut se occideret.*

5.- Fimbria, abandonado por su ejército, que se alineó con Sila, se atravesó, ofreció su cuello a un esclavo y le persuadió para que le matase.

Índice

Ex libro LXXXIV

Del Libro 84

1.- *Sulla legatis, qui a senatu missi erant, futurum se in potestate senatus respondit, si cives, qui pulsi a Cinna ad se confugerant, restituerentur. Quae condicio cum iusta senatui videretur, per Carbonem factionemque eius, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret effectum est. Idem Carbo cum ab omnibus Italiae oppidis coloniisque obsides exigere vellet, ut fidem eorum contra Sullam obligaret, consensu senatus prohibitus est.*

1.- Sila replicó a los embajadores que había enviado el Senado que él se sometería a la autoridad del Senado si los derechos de los ciudadanos, que habían sido expulsados por Cinna y huido hacia él, eran restaurados. Aunque esta demanda pareció razonable al Senado, Carbo y su facción, para quienes la guerra parecía algo útil, impidieron un acuerdo. Cuando el mismo Carbo quiso pedir rehenes de todas las ciudades italianas y colonias para asegurar su lealtad contra Sila, un Senado unido lo impidió.

2.- *Novis civibus S.C. suffragium datum est.*

2.- Por decreto senatorial, los nuevos ciudadanos recibieron el derecho al voto.

3.- *Q. Metellus Pius, qui partes optimatum secutus erat, cum in Africa bellum moliretur, a C. Fabio praetore pulsus est, senatusque consultum per factionem Carbonis et Marianarum partium factum est, ut omnes ubique exercitus dimitterentur.*

3.- Después que Quinto Metelo Pío, que había abrazado el partido de los *optimates* y provocado una guerra en África, fuera derrotado por el pretor Gayo Fabio, la facción de Carbo y los del partido de Mario hicieron un decreto del Senado por el que todos los ejércitos, dondequiera estuviesen, se debían disolver.

4.- *Libertini in quinque et XXX tribus distributi sunt.*

4.- Los libertos fueron distribuidos entre las treinta y cinco tribus.

5.- *Praeterea belli apparatus, quod contra Sullam excitabatur, continet.*

5.- También habla de los preparativos de la guerra que se debía iniciar contra Sila.

Índice

Ex libro LXXXV

Del Libro 85

1.- *Sulla in Italiam cum exercitu traiecit, missisque legatis, qui de pace agerent, et ab cos. C. Norbano violatis eumdem Norbanum proelio vicit. Et cum L. Scipionis (alterius cos.) cum quo per omnia id egerat ut pacem iungeret nec potuerat, castra oppugnaturus esset, universus exercitus consulis, sollicitatus per emissos a Sulla milites, signa ad Sullam transtulit. Scipio cum occidi posset, dimissus est.*

1.- [83 adC] Cuando Sila cruzó a Italia con su ejército, envió embajadores para tratar de la paz; pero cuando fueron maltratados por el cónsul Gayo Norbano, él derrotó al mismo Norbano en combate. Y cuando estaba a punto de atacar el campamento de Lucio Escipión (el otro cónsul), con quien había tratado de llegar sin éxito a un acuerdo, todo el ejército consular, invitado por soldados enviados por Sila, transfirió su lealtad a Sila. Escipión, que pudo haber sido asesinado, fue liberado.

2.- *Cn. Pompeius (Cn. Pompei eius qui Asculum ceperat filius) conscripto voluntariorum exercitum cum tribus legionibus ad Sullam venerat, ad quem se nobilitas omnis conferebat, ita ut deserta urbe ad castra veniretur.*

2.- Gneo Pompeyo (el hijo del Gneo Pompeyo que había capturado Ascoli) levantó un ejército de tres legiones de voluntarios y marchó hacia Sila, hacia el que también marchaban los hombres nobles de la Ciudad; por esto la Ciudad [Roma] parecía abandonada.

Praeterea expeditiones per totam Italiam utriusque partis ducum referuntur.

También se habla de las expediciones bélicas de ambas partes por toda Italia.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 86-90

Índice

Ex libro LXXXVI

Del Libro 86

1.- *Cum C. Marius, C. Mari filius, cos. ante annos XX per vim creatus esset, C. Fabius in Africa propter crudelitatem et avaritiam suam in praetorio suo vivus exustus est.*

1.- [83 adC] Después que Gayo Mario, el hijo de Gayo Mario, hubiera sido nombrado cónsul mediante la violencia antes de tener veinte años, Gayo Fabio fue quemado vivo en su cuartel general en África por su crueldad y avaricia.

2.- *L. Philippus, legatus Sullae, Sardiniam Q. Antonio praetore pulso et occiso occupavit.*

2.- Lucio Filipo, un legado de Sila, ocupó Cerdeña tras haber expulsado y matado al pretor Quinto Antonio.

3.- *Sulla cum Italicis populis, ne timeretur ab his velut erepturus civitatem et suffragii ius nuper datum, foedus percussit. Itemque ex fiducia iam certae victoriae litigatores a quibus adibatur vadimonia Romam deferre iussit, cum a parte diversa urbs adhuc teneretur.*

3.- Sila concluyó un tratado con los pueblos italianos que impedía que fueran considerados una amenaza por su recientemente obtenida ciudadanía y derecho a voto. Y confiado por su victoria, ordenó a quienes quisieran que él juzgase sus casos que depositaran sus fianzas en Roma aún cuando partes de la ciudad estaban en manos de sus enemigos.

4.- *L. Damasippus praetor ex voluntate C. Mari cos. cum senatum contraxisset, omnem quae in urbe erat nobilitatem trucidavit. Ex cuius numero Q. Mucius Scaevola pont. max. fugiens in vestibulo aedis Vestae occisus est.*

4.- [82 adC] Por deseo del cónsul Gayo Mario, el pretor Lucio Damasipo se reunió con el Senado y masacró a todos los nobles que vivían en Roma. Entre sus víctimas estaba Quinto Mucio Escévola, el pontífice máximo, que fue asesinado a la entrada del altar de Vesta.

5.- *Praeterea bellum a L. Murena adversus Mithridatem in Asia renovatum continet.*

5.- También habla de la renovación de la guerra contra Mitrídates en Asia.

Índice

Ex libro LXXXVII

Del Libro 87

1.- *Sulla C. Marium, exercitu eius fuso delectoque ad Sacriportum, in oppido Praeneste obsedit, urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere temptantem reppulit.*

1.- Tras poner en fuga y destruir a su ejército en Sacriportum, Sila sitió a Gayo Mario en la ciudad de

Palestrina y recuperó la ciudad de Roma de manos de sus enemigos. Rechazó a Mario cuando éste trató de forzar la salida.

2.- Praeterea res a legatis eius eadem ubique fortuna partium gestas continet.

2.- También habla de los resultados de sus legados [de Sila], quienes alcanzaron algunas victorias.

Índice

Liber LXXXVIII

Del Libro 88

1.- *Sulla Carbonem, eius exercitu ad Clusium ad Faventiam Fidentiamque caeso, Italia expulit, cum Samnitibus (qui soli ex Italicis populis nondum arma posuerant) iuxta urbem Romanam ante portam Collinam debellavit, reciperaque re p. pulcherrimam victoriam crudelitate quanta in nullo hominum fuit, inquinavit.*

1.- Sila condujo a Carbo fuera de Italia, habiendo derrotado a su ejército en Chiusi, Faenza y Fidenza; y luchado con los samnitas (el único pueblo italiano que aún no había depuesto sus armas) cerca de la ciudad de Roma, ante la Puerta Colina. Habiendo recuperado el Estado, selló su bella victoria con tanta crueldad como nadie antes había mostrado.

2.- *VIII milia dediticiorum in villa publica trucidavit, tabulam proscriptionis posuit, urbem ac totam Italiam caedibus replevit inter quas omnes Praenestinos inermes concidi iussit, Marium, senatorii ordinis virum, cruribus bracchiisque fractis, auribus praeseclis et oculis effossis necavit.*

3.- En la Villa Pública, mató a 8 000 personas que ya se habían rendido, fijó una lista de proscripción, llenó la ciudad [de Roma] e Italia de matanzas, ordenó el asesinato de todos los palestrinos desarmados y mató a Mario, un hombre de rango senatorial, tras haberle roto piernas y brazos, arrancado las orejas y sacado los ojos.

4.- *C. Marius Praeneste obsessus a Lucretio Ofella, Sullanarum partium viro, cum per cuniculum captaret evadere saeptum exercitu, mortem conscivit. Id est, in ipso cuniculo, cum sentiret se evadere non posse, cum Telesino, fugae comite, stricto utrimque gladio concurrir; quem cum occidisset, ipse saucius impetravit a servo ut se occideret.*

4.- Cuando Gayo Mario, aún sitiado en Palestrina por Lucrecio Ofela, de la facción de Sila, quiso escapar a través de un túnel que había vuelto a ser bloqueado por el ejército, escogió la muerte. Esto es, que cuando se dió cuenta de que no tenía escapatoria del túnel, él y Telesino, su compañero de fuga, se atravesaron mutuamente con sus espadas; Mario mató al otro, fue herido y muerto por su esclavo.

Índice

Ex libro LXXXIX

Del Libro 89

1.- *M. Brutus a Cn. Papirio Carbone Cossyra, quam adpulerant, missus nave piscatoria Lilybaeum, ut exploraret an ibi iam Pompeius esset et circumventus navibus quas Pompeius miserat, in se mucrone verso ad transtrum navis obnixus corporis pondere incubuit.*

1.- Marco Bruto, enviado en un buque pesquero por Gneo Papirio Carbo desde Cossyra [cerca de Pantelleria, Sicilia], donde le habían colocado, a Lilibeo, para ver si Pompeyo estaba todavía allí, fue rodeado por buques de éste; apoyando la punta de su espada contra él y ajustándola contra una bancada del barco, se dejó caer sobre ella.

2.- *Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio a senatu missus Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit.*

2.- [81 adC] Gneo Pompeyo, enviado a Sicilia por el Senado con imperio, mató a Gneo [Papirio] Carbo, quien murió cautivo y llorando como una mujer.

3.- *Sulla dictator factus, quod nemo umquam fecerat, cum fascibus XXIII processit. Legibus novis rei pub. statum confirmavit, tribunorum pleb. potestatem minuit et omne ius legum ferendarum ademit, pontificum augurumque collegium ampliavit ut essent XV, senatum ex equestri ordine supplevit, proscriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit et bona eorum vendidit, ex quibus plurima primo rapuit. Redactum est sestertium ter milies quingenties.*

3.- Sila fue nombrado dictador, e hizo lo que ningún otro antes al llevar a veinticuatro fasces ante él. Fortaleció la república con nuevas leyes, disminuyó el poder de los tribunos de la plebe despojándoles del poder de legislar, aumentó el número de sacerdotes y augures hasta quince, añadió a miembros del orden ecuestre al Senado, impidió obtener magistraturas a los hijos de quienes habían sido proscritos, vendió sus posesiones y se quedó con las ganancias. Se reunieron trescientos cincuenta millones de sestercios.

4.- *Q. Lucretium Ofellam adversus voluntatem suam consulatum petere ausum iussit occidi in foro, et cum hoc indigne ferret populus R., contione advocata se iussisse dixit.*

4.- Asesinó en el Foro a Quinto Lucrecio Ofela porque se presentó a cónsul contra sus deseos, convocó un mítin y explicó al indignado pueblo romano que él había ordenado el asesinato.

5.- *Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proscriptum et Hiertam, regem Numidiae, (bellum molientes) victos occidit et quattuor et XX annos natus, adhuc eques R., quod nulli contigerat, ex Africa triumphavit.*

5.- En África, Gneo Pompeyo derrotó y mató al exiliado Gneo Domicio y al rey Hierta de Numidia (que estaban preparando la guerra), y a la edad de veinticuatro años celebró su triunfo africano, aún cuando era todavía un caballero romano: un honor sin precedentes.

6.- *C. Norbanus consularis proscriptus, in urbe Rhodo cum comprehenderetur, ipse se occidit.*

6.- Cuando Gayo Norbano, un antiguo cónsul exiliado, fue arrestado en la ciudad de Rodas, se suicidó.

7.- *Mutilus, unus ex proscriptis, clam capite adoperto ad posticias aedes Bastiae uxoris cum accessisset, admissus non est quia illum proscriptum diceret. Itaque ipse se transfodit et sanguine suo fores uxoris respersit.*

7.- Otro exiliado, Mutilo, secretamente, con su cabeza cubierta, llegó a la entrada posterior de la casa de su mujer Bastia; pero no se le permitió entrar porque había sido proscrito. Por tanto, se atravesó y con su sangre salpicó las puertas de su mujer.

8.- *Sulla Nolam in Samnio recepit. XLVII legiones in agros captos deducit et eos his divisit.*

8.- Sila recapturó Nola, en el Samnio. Asentó cuarenta y siete legiones en el territorio capturado y lo dividió entre ellos

9.- *Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat, obsessum in deditionem accepit.*

9.- Sitió Volterra, una ciudad que aún estaba en armas, y aceptó su rendición.

10.- *Mitylenae quoque in Asia, quae sola urbs post victum Mithridaten arma retinebat, expugnatae dirutaeque sunt.*

10.- Finalmente, Mitilene, en Asia, la única ciudad que aún estaba en armas tras la derrota de Mitrídates, fue capturada y destruida.

Índice

Ex libro XC

Del Libro 90

1.- *Sulla decessit honosque ei a senatu habitus est, ut in campo Martio sepeliretur.*

1.- [78 adC] Sila murió y el Senado le honró permitiendo su sepelio en el Campo de Marte.

2.- *M. Lepidus cum acta Sullae temptaret rescindere, bellum excitavit. A Q. Catulo collega Italia pulsus et in Sardinia frustra bellum molitus perit.*

2.- Marco Lépidio, que trató de revocar los actos de Sila, provocó una guerra. Fue expulsado de Italia por su colega Quinto Cátulo y murió en Cerdeña, donde había tratado en vano de promover una guerra.

3.- *M. Brutus, qui cisalpinam Galliam obtinebat, a Cn. Pompeio occisus est.*

3.- Marco Bruto, que había recibido la Galia Cisalpina, fue muerto por Gneo Pompeyo.

4.- *Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitavit. L. Manlius procos. et M. Domitius legatus ab Hirtuleio quaestore proelio victi sunt.*

4.- Quinto Sertorio, otro exiliado, excitó una gran guerra en la Hispania Ulterior. El procónsul Lucio Manlio y Marco Domicio, su legado, fueron derrotados en una batalla por el cuestor Hituleyo.

5.- *Praeterea res a P. Servilio procos. adversus Cilicas gestas continet.*

5.- También habla de la guerra llevada por el procónsul Publio Servilio contra los cilicios.

Índice

Tito Livio: Períocas 91-95

Índice

Ex libro XCI

Del Libro 91

1.- *Cn. Pompeius cum adhuc eques R. esset, cum imperio proconsulari adversus Sertorium missus est. Sertorius aliquot urbes expugnavit plurimasque civitates in potestatem suam redegit.*

1.- [77 adC] Aunque Gneo Pompeyo era aún un caballero romano, fue enviado contra Sertorio con los poderes de un procónsul. Sertorio asoló varias ciudades y sometió varias tribus.

2.- *Appius Claudius procos. Thracas pluribus proeliis vicit.*

2.- El procónsul Apio Claudio derrotó a los tracios en varias batallas.

3.- *Q. Metellus procos. L. Hirtuleium, quaestorem Sertori, cum exercitu cecidit.*

3.- El procónsul Quinto Metelo derrotó a Lucio Hirtuleyo, un cuestor de Sertorio, y a su ejército.

Índice

Ex libro XCII

Del Libro 92

1.- *Cn. Pompeius dubio eventu cum Sertorio pugnavit, ita ut singula ex utraque parte cornua vicerint. Q. Metellus Sertorium et Perpernam cum duobus exercitibus proelio fudit, cuius victoriae partem cupiens ferre Pompeius parum prospere pugnavit. Obsessus deinde Cluniae Sertorius adsiduis eruptionibus non leviora damna obsidentibus intulit.*

1.- [76 adC] Gneo Pompeyo luchó contra Sertorio en una batalla con resultado poco claro, pues en cada bando venció un ala. Quinto Metelo derrotó a Sertorio y Perpenna con sus dos ejércitos, pero Pompeyo, que estaba ansioso por tomar parte en la victoria, luchó con resultados dudosos. Después, Sertorio fue asediado en Clunia [Peñalba de Castro -Burgos- España], pero mediante repetidas salidas fue capaz de infligir tanto daño a los sitiadores como el que él recibía.

2.- *Praeterea res ab Curione procos. in Thracia gestas adversus Dardanos et Q. Sertori multa crudelia in suos facta continet; qui plurimos ex amicis et secum proscriptis crimine pro insimulatos occidit.*

2.- También habla de las campañas conducidas por el procónsul Curio en Tracia contra los dardanios y de los muy crueles actos cometidos por Quinto Sertorio con sus hombres; por falsas acusaciones de traición, ejecutó a muchos de sus amigos y compañeros, víctimas con él de la proscripción.

Índice

Ex libro XCIII Del Libro 93

1.- *P. Servilius procos. in Cilicia Isauros domuit et aliquot urbes piratarum expugnavit.*

1.- En Cilicia, el procónsul Publio Servicio conquistó a los isaurios y capturó varias ciudades de los piratas.

2.- *Nicomedes, Bithyniae rex, populum R. fecit heredem regnumque eius in provinciae formam redactum est.*

2.- [75 adC] El rey Nicomedes de Bitinia hizo al pueblo romano su heredero y su reino fue convertido en provincia.

3.- *Mithridates foedere cum Sertorio icto bellum populo R. intulit. Apparatus dein regiarum copiarum pedestrium navaliumque; et occupata Bithynia M. Aurelius Cotta cos. ad Calchedona proelio a rege victus; resque a Pompeio et Metello adversus Sertorium [lacuna] omnibus belli militiaeque artibus par fuit [lacuna] et ab obsidione Calagurris oppidi depulsos coegerit diversas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam.*

3.- Mitrídates concluyó un tratado con Sertorio y declaró la guerra al pueblo romano. Recluta de los ejércitos reales, infantería y armada; la ocupación de Bitinia, cómo el cónsul Marco Aurelio Cota fue derrotado por el rey en Calcedonia [Kadikoi - Turquía]; los logros de Pompeyo y Metelo contra Sertorio [laguna] y habiéndoles hecho romper el sitio de Calahorra, les forzó a retirarse en diversas regiones, Metelo a Hispania Ulterior y Pompeyo a la Galia.

Índice

Ex libro XCIV Del Libro 94

1.- *L. Licinius Lucullus cos. adversus Mithridaten equestribus proeliis feliciter pugnavit et aliquot expeditiones prosperas fecit poscentesque pugnam milites a seditione inhibuit.*

1.- [74 adC] El cónsul Lucio [Licinio] Lúculo combatió victoriosamente en batallas de caballería contra Mitrídates y lanzó varias campañas con éxito, pero refrenaba a sus rebeldes soldados cuando ellos deseaban combatir.

2.- *Deiotarus, Gallograeciae tetrarches, praefectos Mithridatis bellum in Phrygia moventes cecidit.*

2.- Deiotaro, uno de los tetrarcas de Galogrecia [Galaecia - Gálatas], derrotó a los prefectos de Mitrídates que trataron de llevar la guerra a Frigia.

3.- *Praeterea res a Cn. Pompeio in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet.*

3.- También habla de la victoriosa guerra de Pompeyo contra Sertorio en Hispania.

Índice

Ex libro XCV

Del Libro 95

1.- *C. Curio procos. Dardanos in Thracia domuit.*

1.- En Tracia, el procónsul Gayo Curio sometió a los dardanos.

2.- *III et LXX gladiatores Capuae ex ludo Lentuli profugerunt et congregata servitiorum ergastulorumque multitudine Crixo et Spartaco ducibus bello excitato Claudium Pulchrum legatum et P. Varenum praetorem proelio vicerunt.*

2.- [73 adC] Setenta y cuatro gladiadores escaparon de la escuela de Léntulo en Capua, reunieron una gran cantidad de esclavos y trabajadores de ergástulos, empezaron una guerra al mando de Crixo y Espartaco y derrotaron al ejército del pretor Publio Vareno y su legado Claudio Pulcro.

3.- *L. Lucullus procos. ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque delevit, pulsumque Bithynia regem variis belli ac naufragiorum casibus tractum coegit in Pontum profugere.*

3.- Cerca de la ciudad de Cyzicum, el procónsul Lucio Lúculo destruyó al ejército de Mitrídates mediante el hambre y la espada, expulsó al rey -ahora quebrantado por varios desastres bélicos y naufragios- de Bitinia y le forzó a huir al Ponto.

[Índice](#)

Tito Livio: Períocas 96-100

Índice

Ex libro XCVI

Del Libro 96

1.- *Q. Arrius praetor Crixum, fugitivorum ducem, cum XX milia hominum cecidit. Cn. Lentulus cos. male adversus Spartacum pugnavit. Ab eodem L. Gellius cos. et Q. Arrius praetor acie victi sunt.*

1.- El pretor Quinto Arrio derrotó a Crixo, el jefe de los esclavos huidos, y a 20,000 hombres. [72 adC] El cónsul Gneo Léntulo, sin embargo, luchó sin éxito contra Espartaco. También derrotó [Espartaco] al cónsul Lucio Gelio y al pretor Quinto Arrio.

2.- *Sertorius a M. Perpenna et M. Antonio et aliis coniuratis in convivio interfectus est octavo ducatus sui anno; magnus dux et adversus duos imperatores, Pompeium et Metellum, vel frequentius victor, ad ultimum et saevus et prodigus. Imperium partium ad Marcum translatum, quem Cn. Pompeius victum captumque interfecit, ac recepit Hispanias decimo fere anno quam coeptum erat bellum.*

2.- En un baquete, Sertorio fue asesinado por Marco Perpenna, Marco Antonio y otros conspiradores, al octavo año de su jefatura; había sido un gran jefe y contra dos Generales en Jefe, Pompeyo y Metelo, había vencido frecuentemente; aunque al final, se transformó en un hombre salvaje y pródigo. Su *imperium* [*generalato superior, en este caso*] se trasladó a Marco [Perpenna], quien fue derrotado, capturado y muerto por Gneo Pompeyo, tras que el último hubiera recuperado las provincias hispanas casi en el décimo año tras el comienzo de la guerra.

3.- *C. Cassius procos. et Cn. Manlius praetor male adversus Spartacum pugnaverunt idque bellum M. Crasso praetori mandatum est.*

3.- El procónsul Gayo Casio y el pretor Gneo Manlio lucharon sin éxito contra Espartaco y se confió la guerra al pretor Marco Craso.

Índice

Ex libro XCVII

Del Libro 97

1.- *M. Crassus praetor primum cum parte fugitivorum quae ex Gallis Germanisque constabat feliciter pugnavit, caesis hostium XXXV milia et ducibus eorum Casto et Gannico. Cum Spartaco dein debellavit, caesis eum ipso LX milibus.*

1.- [71 adC] El pretor Marco Craso luchó primero con éxito contra una parte de los huidos, que eran galos y germanos, y mató a 35 000 de ellos, incluyendo a sus líderes Casto y Gánico. Entonces, derrotó completamente a Espartaco, que fue muerto con 60 000 de los suyos.

2.- *M. Antonius praetor bellum adversus Cretenses parum prospere susceptum morte sua finiit.*

2.- El pretor Marco Antonio luchó sin éxito en una guerra contra los cretenses, que terminó con su propia

muerte.

3.- *M. Lucullus procos. Thracas subegit.*

3.- El procónsul Marco Lúculo sometió la Tracia.

4.- *L. Lucullus in Ponto adversus Mithridaten feliciter pugnavit, caesis hostium amplius quam LX milibus.*

4.- Lucio Lúculo luchó con éxito contra Mitrídates en el Ponto. Murieron más de 60 000 enemigos.

5.- *M. Crassus et Cn. Pompeius coss. facti (S.C. Pompeius, antequam quaesturam gereret, ex equite Romano) tribuniciam potestatem restituerunt. Iudicia quoque per M. Aurelium Cottam praetorem ad equites Romanis translata sunt.*

5.- [70 adC] Marco Craso y Gneo Pompeyo fueron nombrados cónsules (Pompeyo tras un decreto senatorial especial, pues no había ocupado la cuestura y aún era un caballero romano), y restituyeron los poderes tribunicios. Además, el pretor Marco Aurelio Cotta trasladó el poder sobre los tribunales de justicia a los caballeros romanos.

6.- *Mithridates desperatione rerum suarum coactus ad Tigranen, Armeniae regem, confugit.*

6.- Su posición desesperada forzó a Mitrídates a huir junto al rey Tigranes de Armenia.

Índice

Ex libro XCVIII

Del Libro 98

1.- *Machares, filius Mithridatis, Bospori rex, a L. Lucullo in amicitiam receptus est.*

1.- Macares, el hijo de Mitrídates y rey del Bósforo, recibió el título de amigo [del pueblo romano] de Lucio Lúculo.

2.- *Cn. Lentulus et L. Gellius censores asperam censuram egerunt IIII et LX senatu motis. A quibus lustratio condito censa sunt civium capita DCCCC milia.*

2.- [69 adC] Los censores Gneo Léntulo y Lucio Gelio ejercieron una censura estricta, quitando a 65 hombres del Senado. Celebraron la ceremonia lústrica del censo y se censaron 900,000 ciudadanos [recuérdese que tras la Guerra Social se había concedido la ciudadanía a los pueblos italianos].

3.- *L. Metellus praetor in Sicilia adversus piratas prospere rem gessit.*

3.- En Sicilia, el pretor Lucio Metelo luchó con éxito contra los piratas.

4.- *Templum Iovis in Capitolio, quod incendio consumptum ac reffectum erat, a Q. Catulo dedicatum est.*

4.- Quinto Cátulo volvió a dedicar el templo de Júpiter en el Capitolio, que había sido destruido por el fuego.

5.- *L. Lucullus in Armenia Mithridaten et Tigranen et ingentes utriusque regis copias pluribus proeliis fudit.*

5.- En varias batallas en Armenia, Lucio Lúculo hizo huir a Mitrídates, Tigranes y sus enormes ejércitos.

6.- *Q. Metellus procos. bello adversus Cretenses mandato Cydoniam urbem obsedit.*

6.- El procónsul Quinto Metelo tomó el mando de la guerra contra los cretenses y sitió la ciudad de Kaniá.

7.- *C. Triarius, legatus Luculli, adversus Mithridaten parum prospere pugnavit. Lucillum, ne persequeretur Mithridaten ac Tigranen summamque victoriae inponeret, seditio militum tenuit, quia sequi nolebant, id est duae legiones Valerianae, quae impleta a se stipendia dicentes Lucillum reliquerunt.*

7.- Un legado de Lúculo, Gayo Triario, luchó sin éxito contra Mitrídates. Un motín de soldados que no querían seguir [combatiendo], impidió a Lúculo perseguir a Mitrídates y Tigranes y obtener la victoria final; estuvieron implicadas las dos legiones de Valerio, que desertó diciendo que su periodo de servicio había terminado.

Índice

Ex libro XCIX

Del Libro 99

1.- *Q. Metellus procos. Cnoson et Lyctum et Cydoniam et alias plurimas urbes expugnavit.*

1.- [68 adC] El procónsul Quinto [Cecilio] Metelo capturó Cnosos [Heraklion], Lytto, Kaniá y muchas otras ciudades.

2.- *L. Roscius trib. pl. legem tulit ut equitibus Romanis in teatro XIII gradus proximi adsignarentur.*

2.- Lucio Roscio, un tribuno de la plebe, promulgó la ley para que las primeras catorce filas en el teatro fueran para los caballeros romanos.

3.- *Cn. Pompeius lege ad populum lata persequi piratas iussus qui commercium annonae intercluserant intra quadragesimum diem toto mari eos expulit, belloque cum his in Cilicia confecto acceptis in deditionem piratis agros et urbes dedit.*

3.- [67 adC] Se ordenó a Gneo Pompeyo, mediante una ley aprobada por la asamblea del pueblo, perseguir a los piratas que habían cortado el comercio de la anona [el suministro de grano]. A los cuarenta días los había expulsado de la mar, llevado la guerra contra ellos a Cilicia y entregando tierras y ciudades a los piratas que se le rindieron.

4.- *Praeterea res gestas a Q. Metello adversus Cretenses continet et epistulas Metelli et Cn. Pompei invicem missas. Queritur Q. Metellus gloriam sibi rerum a se gestarum a Pompeio praeripi, qui in Cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones. Pompeius rationem reddit hoc se facere debuisse.*

4.- También se habla de la guerra de Quinto Metelo contra los cretenses, y las cartas intercambiadas entre Metelo y Gneo Pompeyo. Quinto Metelo se quejó de que la gloria de su victoria fuera robada por Pompeyo, quien había enviado un legado suyo a Creta para aceptar la rendición de las ciudades. Pompeyo explicó por qué hubo de hacerse esto.

Índice

Ex libro C

Del Libro 100

1.- *C. Manilius tr. pl. magna indignatione nobilitatis legem tulit ut Pompeio Mithridaticum bellum mandaretur. [lacuna] contio eius bona.*

1.- [66 adC] Para gran indignación de la nobleza, el tribuno Gayo Manlio aprobó una ley que transfería el mando de la [Tercera] Guerra Mitridática a Pompeyo. [laguna] su discurso fue excelente.

2.- *Q. Metellus perdomitis Cretensibus liberae in id tempus insulae leges dedit.*

2.- Habiendo sometido a los cretenses, Quinto Metelo dió leyes a la isla, que había sido hasta entonces independiente.

3.- *Cn. Pompeius ad gerendum bellum adversus Mithridaten profectus cum rege Parthorum, Phraate, amicitiam renovavit. Equestri proelio Mithridaten vicit.*

3.- Gneo Pompeyo renovó la amistad con el rey de los Partos, Fraates [III], para conducir la guerra contra Mitrídates. En una batalla de caballería, Mitrídates fue derrotado.

4.- *Praeterea bellum inter Phraaten, Parthorum regem, et Tigranen, Armeniorum, ac deinde inter filium Tigranen patremque gestum continet.*

4.- También habla de la guerra entre el rey Fraates de los Partos y Tigranes de Armenia, y tras ésta de Tigranes el joven contra su padre.

Índice

Tito Livio: Períocas 101-105

Índice

Ex libro CI

Del libro 101

1.- *Cn. Pompeius Mithridaten nocturno proelio victum coegit Bosporon profugere. Tigranen in deditionem accepit eique ademptis Syria, Phoenice, Cilicia, regnum Armeniae restituit.*

1.- [66 adC] Tras haber derrotado a Mitrídates durante la noche, Gneo Pompeyo le forzó a huir al reino del Bósforo. Pompeyo aceptó la rendición de Tigranes y lo restauró en su propio reino, Armenia, tras haberle quitado Siria, Fenicia y Cilicia.

2.- *Coniuratio eorum qui in petitione consulatus ambitus damnati erant facta de interficiendis consulibus obpressa est.*

2.- Hubo una conspiración de aquellos que se habían presentado a cónsul y habían sido condenados por sobornos. Trataron de asesinar a los cónsules, pero la [Primera de Catilina] conspiración fue suprimida.

3.- *Cn. Pompeius cum Mithridaten perseceretur in ultimas ignotasque gentes penetravit. Hiberos Albanosque, qui transitum non dabant, proelio vicit.*

3.- [65 adC] Gneo Pompeyo, persiguiendo a Mitrídates, llegó a las gentes más distantes y desconocidas hasta ahora. Los hiberos y los albanos fueron derrotados en una batalla cuando impidieron el paso [por sus tierras].

4.- *Praeterea fugam Mithridatis per Colchos Heniochosque et res ab eo in Bosporo gestas continet.*

4.- También se habla de la huida de Mitrídates a través del país de los colquianos y de los heniocos, y de acciones en el reino del Bósforo.

Índice

Ex libro CII

Del libro 102

1.- *Cn. Pompeius in provinciae formam Pontum redegit. Pharnaces, filius Mithridatis, bellum patri intulit. Ab eo Mithridates obsessus in regia cum veneno sumpto parum profecisset ad mortem, a milite Gallo, nomine Bitoco, a quo ut adiuveret se petierat, interfectus est.*

1.- Gneo Pompeyo organizó el Ponto como provincia. Farnaces, el hijo de Mitrídates, hizo la guerra a su padre y le asedió en su palacio. Cuando el veneno que tomó no le mató, Mitrídates pidió ayuda a un soldado galo llamado Bitoco, quien le mató.

2.- *Cn. Pompeius Iudaeos subegit, fanum eorum Hierosolyma, inviolatum ante id tempus, cepit.*

2.- [63 adC] Gneo Pompeyo sometió a los judíos y capturó su templo en Jerusalén, que nunca había sido

violado.

3.- *L. Catilina bis repulsam in petitione consulatus passus cum Lentulo praetore et Cethego et compluribus aliis coniuravit de caede consulum et senatus, incendiis urbis et obprimenda re p., exercitu quoque in Etruria comparato. Ea coniuratio industria M. Tulli Ciceronis eruta est. Catilina urbe pulso, de reliquis coniuratis supplicium sumptum est.*

3.- Lucio Catilina, derrotado dos veces durante las elecciones consulares, conspiró con el pretor Léntulo, Cetego y muchos otros. Querían asesinar a los cónsules y senadores, dar fuego a la ciudad y derrocar la república. Su ejército estaba dispuesto en Etruria. La conspiración fue suprimida por la energía de Marco Tulio Cicerón. Cuando Catilina hubo sido expulsado de la ciudad, los otros conspiradores fueron ejecutados.

Índice

Ex libro CIII Del libro 103

1.- *Catilina a C. Antonio procos. cum exercitu caesus est.*

1.- [62 adC] Catilina y su ejército fueron destruidos por el procónsul Gayo Antonio.

2.- *P. Clodius accusatus quod in habitu mulieris in sacrarium, quo virum intrare nefas est, cum intrasset et uxorem [lacuna] Metelli pontificis stuprasset, absolutus est.*

2.- Publio Clodio, acusado de haber entrado en las habitaciones de las mujeres durante en un rito en el que resultaba nefasta la entrada de hombres, y de haber violado a la esposa [laguna] del sacerdote Metelo, fue absuelto.

3.- *C. Pontinus praetor Allobrogas qui rebellaverant ad Solonem domuit.*

3.- El pretor Gayo Pontino sometió a los rebeldes alóbrogues cerca de Solo.

4.- *P. Clodius ad plebem transiit.*

4.- Publio Clodio pasó a la plebe [desde el patriciado].

5.- *C. Caesar Lusitanos subegit. Eoque consulatus candidato et captante rem p. invadere conspiratio inter tres civitatis principes facta est, Cn. Pompeium, M. Crassum, C. Caesarem.*

5.- [61 adC] Gayo Julio César sometió a los lusitanos. [60 adC] Cuando este hombre fue candidato al consulado, y quiso hacerse con el control de la república, se concluyó un pacto entre los tres líderes de los ciudadanos: Gneo Pompeyo, Marco Craso y Gayo César.

6.- *Leges agrariae a Caesare cos. cum magna contentione invito senatu et altero cos. M. Bibulo latae sunt.*

6.- [59 adC] Cuando César fue cónsul, aprobó leyes agrarias tras mucha disputa, contra los deseos del Senado y del otro cónsul, Marco Bíbulo.

7.- *C. Antonius procos. in Thracia parum prospere rem gessit.*

7.- El procónsul Gayo Antonio no tuvo mucho éxito en su guerra en Tracia.

8.- *M. Cicero lege a P. Clodio tr. pl. lata quod indemnatos cives necavisset in exilium missus est.*

8.- [58 adC] Marco Cicerón fue exiliado por una ley del tribuno de la plebe, Publio Clodio, porque había ordenado la ejecución de ciudadanos romanos sin juicio.

9.- *Caesar in provinciam Galliam profectus Helvetios, vagam gentem, domuit, quae sedem quaerens per provinciam Caesaris Narbonensem iter facere volebat. Praeterea situm Galliarum continet.*

9.- César, que había marchado a las provincias galas, sometió a los helvecios, una tribu nómada que quería cruzar a través de la provincia narbonense de César, deseando asentarse en algún lugar. También se habla del país de las Galias.

10.- *Pompeius de [lacuna] liberis Mithridatis et Tigrane, Tigranis filio, triumphavit Magnusque a tota contione consalutatus est.*

10.- Cuando Pompeyo celebró un triunfo sobre los [laguna], los hijos de Mitrídates y Tigranes, el hijo de Tigranes, fue saludado por todos los presentes con el nombre de *Magnus* [el Grande].

Índice

Ex libro CIV

Del libro 104

1.- *Prima pars libri situm Germaniae moresque continet.*

1.- La primera parte de este libro habla del país y costumbres de Germania.

2.- *C. Caesar cum adversus Germanos (qui Ariovisto duce in Galliam transcenderant) exercitum duceret, rogatus ab Aeduis et Sequanis, quorum ager possidebatur. Trepidationem militum propter metum novorum hostium ortam adlocutione exercitus inhibuit et victos proelio Germanos Gallia expulit.*

